Istud est primũ caplm tractatus scd̃i: in quo ph̃s incipit ingrere qd est ṽtus: que est q̃stio 5a pncipalis huius scd̃i. Et in hoc caplo pncipalr̃ declarat̃ ꝙ virtus est habitus. ex quo pȝ. qd est genus ṽtutis: qa ṽtus cõtinet̃ sub habitu tanq̃ȝ sub gñe. Istud caplm continet tres partes pncipales. In pma pponit intentionẽ suam ⁊ vnã diuisionẽ trimẽbrẽ: sub cuius aliquo mẽbro oportet virtuteȝ cõtineri ⁊ q̃libet membrũ diuisionis explanat. In scd̃a ibi [Passiones quidẽ.] Declarat qd eorũ que sũt in aia nõ est virtus remouens a virtute duo mẽbra dicte diuisionis trimẽbris. In 3o ibi [Si igitur nec passiones.] Cõcludit ex pmissis quid est ṽtus: q̃r est habitus. Et ex hoc pȝ quid est genus ṽtutis. Prima ps cõtinet duas pticulas. In pma pponit intẽtionẽ suã ⁊ diuisionẽ trimẽbrẽ sub cuius aliquo mẽbro ṽtus continet̃. In scd̃a ibi [Dico aũt passiones.] Exponit singula mẽbra sue diuisionis. In pma igit̃ particula pmo pponit intentionem suam dicẽs. ꝙ post pdicta perscrutandũ est quid est virtus. ex pdictis enim manifestũ est ꝙ virtus pertinet ad aiaȝ. ideo oportet ꝙ sit aliquod eoruȝ que sunt in anima. [Quia igitur.] Ponit diuisionẽ trimẽbreȝ di. ꝙ in aia tria sunt. s. passiones: potẽtie: ⁊ habitus: ⁊ horuȝ aliqd est ṽtus. hec ergo est diuisio. eoꝝ que sunt in aia: quoddã est passio: quoddã potentia: ⁊ quoddã habitus: ⁊ opȝ ꝙ virtus sit aliqd horum triũ. ¶ Intelligẽdũ ꝙ illa diuisio non cõprehẽdit vlr̃ oĩa que sunt in aia: qa nõ cõprehendit operationẽ aĩe: nec intentionẽ que est in aia: sed hec diuisio solũ cõprehẽdit ea que in aia sunt pncipia opationis humane. Unde hec est diuisio eoꝝ que in aia sũt pncipia opationis humane: aut sunt passiones aut potẽtie aut habit⁹. ⁊ hec diuisio est sufficiens: qa pncipiũ opationis humane vel sumit̃ p modũ elicientis: ⁊ sic est nuda potẽtia. vel per modũ mouẽtis: ⁊ sic est passio. passio enĩ mouet ad agendaȝ aliquid extra. vt pȝ cũ aliquis ex ira ipellit̃ ad percutiendũ. vel est pnm opationis humane p modũ formalis dispõnis ipsaȝ potẽs formalr̃ iclinãtis ⁊ determinãtis ad actũ: ⁊ sic est habit⁹.

M

Nõn

¶ Atqȝ affect⁹ qdẽ voco: cupiditatẽ: irã: metũ: fiduciã: inuidiã: gaudiũ: amicitiã: odiuȝ: desideriũ: emulationẽ: miaȝ. Eo oĩno que voluptas comitat̃ aut dolor. Potentias aũt eas quibus ad hos affectus suscipiendos idonei dicimur esse: vt quibus dolere possumus: vel irasci: vel misereri. At habitus eos quibus bñ vel male nos ad affectus ipsos habemus: vt ad irascendum si vehemẽter aut remisse simus dispositi: male hẽm⁹: si mediocriter bene ⁊ ad ceteros affectus siĺi modo. N

¶ Dico aũt passiones qdẽ: ↄcupiscentiã: iram: timorẽ: audaciã: inuidiã: gaudium: amicitiaȝ: odiũ: desideriũ: zelũ: misericordiam: ⁊ vniuersaliter illa que sequitur delectatio vel tristitia. O

Potentias autem ſm quas passibiles horum dicimur: puta ſm quas potentes irasci vel tristari vel misereri. ¶ Habitus autem ſm quos ad passiones nos habem⁹ bene vel male: puta ad irasci: siqdẽ vehemẽter vł remisse male habem⁹. Si aũt mediocrit̃ bñ. Silr̃ aũt ⁊ ad oĩa.

¶ Hec est scd̃a particula in qua explanat mẽbra dicte diuisionis. Et prĩo explanat que sunt passiones. Scd̃o que sũt potẽtie. Tertio qui sunt habitus. Dicit g̃ pmo passiones eẽ ipsam cõcupiscẽtiã ⁊ irã ⁊ timorẽ ⁊ audaciã ⁊ inuidiam: ⁊ he quattuor passiones cõtinent̃ sub tristitia. s. ira: timor ⁊c. ⁊ gaudiũ qd̃ ↄsistit in interiori cõprehẽsione: ⁊ ideo continet̃ sub delectatione que cõmuniter cõsequit̃ apprehẽsionẽ interiorẽ ⁊ exteriorẽ. ⁊ silr̃ amicitiã odiũ ⁊ desideriũ qd̃ differt a ↄcupiscẽtia eo ꝙ ↄcupiscẽtia est respectu delectationis corporalis tm̃. desideriũ aũt est respectu cuiuscũqȝ delectationis. silr̃ ẽt zelũ qui est amor intẽsus cũ indignatione ↄtra ↄsortẽ nõ patiẽs in amato: vt dicit Albert⁹: ⁊ misericordiaȝ que est tristitia de alienis malis: ⁊ vlr̃ oĩa dicimus eẽ passiones anime ad que sequit̃ delectatio vel tristitia. Aliter exponit sic. ꝙ oĩa pdicta sequit̃ delectatio vel tristitia: ⁊ istud est veꝝ q̃r oẽs pdicte passiones iportãt motus appetitus in bonũ vel malũ: ex quoꝝ ↄsecutione cãtur delectatio vel tristitia: ⁊ ideo oẽs alie passiones terminant̃ ad delectationẽ vel tristitiã. P

¶ Hic sunt tria vidẽda. p qd est passio de qua hic logt̃ ph̃s. 2o in quo est passio. 3o que sunt passiones ⁊ quõ ab inuicẽ distinguunt̃. ¶ Circa pmũ est sciẽdũ ſm Eustratiũ ꝙ passio est motus appetitus sensitiui in phãtasia boni vel mali. s. ſm electionẽ boni ⁊ fugã mali: ⁊ q̃ ad oẽs passiones seqt̃ delectatio vel tristitia vt dictũ est: ⁊ delectatio vel tristitia nõ sũt sine cordis dilatatione vel ↄstrictione opȝ ꝙ oẽs passiones fiãt cũ quadam trãsmutatione organi corporalis. ¶ Ex hoc pȝ 2m. s. ꝙ oẽs predicte passiones sunt in appetitu sensitiuo. nã oĩs passio est in eo qd̃ patit̃ ⁊ trahitur ad nãm agentis. Cuȝ ergo triplex sit pars anime. s. quedã vegetatiua. quedã cognoscitiua: ⁊ quedã appetitiua: ⁊ in parte vegetatiua nõ est passio: q̃ vegetatiua solum hȝ potentias actiuas. nec in parte cognoscitiua est passio: q̃ illud in quo est passio mouet̃ ⁊ trahit̃ ad nõ habitũ: sed pars cognitiua hȝ illõ quod apprehẽdit ⁊ nõ mouet̃ ad ipm: sȝ magis mouet̃ ab eo. g̃ passiones de qb⁹ loqtur hic ph̃s nõ sunt in parte apprehẽsiua. relinquetur ergo ꝙ sint in parte appetitiua. sed appetitus est duplex: scilicet intellectiuus ⁊ sensitiuus. sed in appetitu intellectiuo non est passio: q̃ passio non est sine trãsmutatione organi corporalis: vt dictum est. Et appetitus intellectiuus nõ habet organum: relinquitur ergo ꝙ passiones sunt solum in appetitu sensitiuo. ¶ Circa tertium igitur videndum est que sunt passiones ⁊ quomodo distinguunt̃ ab inuicem. circa qd est pmo sciendũ ꝙ appetitus

Tria vidẽda. Notandũ Circa pm.

Q Circa 2m

Triplex ps aĩe.

Appetit⁹ duplex.

Circa 3m Notandũ.

A senſitiuus diſtinguiť in iraſcibilē ⁊ cōcupiſcibilē. nam appetitus eſt quedā inclinatio ſequēs formā. nā in nālib⁹ videmus ſic ꝙ ad formā naturalē nō ſolū ſequiť inclinatio ad conſequendum bonū ꝯueniens ⁊ ad fugiendū maluꝫ diſconueniens: ſed etiā ad formā naturalē ſequitur inclinatio ad reſiſtenduꝫ impedientibus ⁊ reſiſtentibus a cōſecutione boni cōuenientis: ſicut in igne eſt iclinatio leuitatis ad ꝓſequendū locū ꝯueniētē ⁊ fugiendū locū diſcōuenientē: ⁊ etiā in igne eſt caliditas per quaꝫ reſiſtit ꝯtrijs corrūpētibus ⁊ ĩpediētib⁹ ipſum a loco ꝯueniēti: ⁊ eodeꝫ modo eſt ꝙ ad apprehēſionē aīalis ſequiť appetitus quo aīal iclinať ad ꝓſequēdū bonū cōueniēs ⁊ ad fugienduꝫ malū diſcōueniēs: ⁊ etiā quo reſiſtit impediētib⁹ a ꝓſecutione boni ꝯueniētis ⁊ fuga mali diſcōueniētis. Pͥma pars

Quid appetitus ſenſitiu⁹ ⁊ ꝗ̈ duplex.

B appetitus quo ꝓſequiť bonū ꝯueniēs ⁊ fugit malū diſcōueniēs vocať cōcupiſcibilis: cuius obiectū eſt bonū ſenſibile abſolute. Scđa pars appetitus ſenſitiui vocať iraſcibilis: ⁊ obiectū iraſcibilis eſt bonū ſub rōne ardui ⁊ difficilis cuiuſmodi eſt victoria que apprehendiť ſub rōne arduitatis ⁊ difficultatis. ¶ Ad accipiēdū igiť numerum ⁊ ſufficientiā paſſionū hic enumerataꝝ eſt ſciēdū ꝙ ꝗcūqꝫ paſſiones reſpiciunt bonū vel malū abſolute ſunt in cōcupiſcibili: ⁊ quecūqꝫ paſſiones reſpiciūt bonū vł malū ſub rōne ardui ſunt in iraſcibili. Sciēdū igiť ꝙ ſicut in nālib⁹ actiuū tripl'r ſe hꝫ ad paſſiuū: qꝛ pͥmo dat ſibi aptitudinē ⁊ diſpōnē ad ſuaꝫ formā. ſcđo dat ei motū ad illā formā: ⁊ tertio dat ſibi quietē ſub illa forma. Sicut ignis agens in aquā pͥ dat materie aque diſpōnē ad formā ignis. ſcđo dat ſibi motū ad talē formā. ſ. ignis ſeu ad locum ignis. ⁊ tertio dat ſibi qͥetē ſub forma ignis ſeu loco ignis: ⁊ eodeꝫ

Nōndū actiuū ꝗ̈ ſe hꝫ in nālib⁹ ad paſſiuum.

C modo eſt videre in obiectis paſſionū vtriuſqꝫ appetitus ſenſitiui. ſ. cōcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis. Nā bonuꝫ ſenſibile abſolute pͥmo dat appetitui quādā aptitudinē ⁊ iclinationē ad ipſuꝫ: ⁊ ſic cauſať in appetitu cōcupiſcibili vna paſſio que diciť amor cui opponiť vna alia paſſio: que diciť odiuꝫ: ⁊ eſt reſpectu mali. Scđo illud bonū dat appetitui actualē motū in ꝓſecutione eius: ⁊ ſic cauſať in appetitu cōcupiſcibili quedā paſſio que diciť deſideriū cui opponiť alia paſſio que diciť fuga. Tertio illđ bonū dat appetitui cōcupiſcibili quietē in bono adepto: ⁊ ſic cauſať paſſio que dī delectatio: cui opponiť triſticia: ⁊ ſic pꝫ ꝙ ſex ſunt paſſiones in appetitu ꝯcupiſcibili: quarū tres ſumunť reſpectu boni ⁊ tres reſpectu mali que diſtinguuntur ſm ꝙ obiecta mouentia diuerſimode reſpiciūt appetitū. In iraſcibili ꝟo ſunt quinqꝫ paſſiones gñales: qꝛ reſpectu boni ardui futuri ſumiť ſpes cui opponiť dſperatio que eſt reſpectu boni ardui ⁊ futuri. ſpes eni tendit ad bonū arduū ⁊ futurū ⁊ deſperatio reſilit ab eodē: reſpectu ꝟo mali ardui futuri ſumunť due paſſiōes. ſ. timor ⁊ audacia. Audacia eni aggrediť malū arduū: ſed timor fugit ab eodē: ex malo aūt arduo pͥſenti cauſať ira que diciť eē quedā paſſio cōpoſita: qꝛ eſt reſpectu duoꝝ obiectoꝝ: ꝗ̈uis nō eq̄liter. nā ira eſt reſpectu boni ꝓprij ⁊ reſpectu mali alteri⁹. nā obiectū ire eſt vindicta de inimico ſeu de eo qui eū ad irā ꝓuocauit: ex vindicta apprehendiť bonū vt bonū ꝓpriū ipſius irati: ⁊ malū alterius. ſ. oſtendentis: ſed non eſt reſpectu boni ⁊ mali equał'r: qꝛ non tendit in malū ſeu nocumētū alterius niſi ꝓpter appetitū boni ꝓprij. Sic ergo patet ꝙ ſunt vndecim paſſiones generales: ſex in concupiſcibili ⁊ qnque in iraſcibili: ⁊ ſub aliquibus iſtarum paſſionū ꝯtinenť alie paſſiones magis ſpeciales. nam ſub triſtitia cōtinenť inuidia zelus ⁊ mīa. Inuidia eni eſt triſtitia de bono alterius. mīa eſt triſtitia de malo alterius. zelus eſt triſtitia de defectu ꝓprij boni. zelus eni eſt triſtitia de hoc ꝙ hō dficit a bonis que alij hñt. ⁊ pōt dici ꝙ zelus cōtineť ſub amore: qꝛ zelus eſt amor intenſus cū indignatione ꝯtrij cōſortē nō patiēs in amato (vt dicit Alb.) ⁊ forte zelus eſt equocū. in vna eni ſigtione ꝯtineť ſub triſtitia. ⁊ in alia ꝯtineť ſub amore: ⁊ ꝯcupiſcētia ꝯtineť ſub deſiderio: qꝛ ꝯcupiſcētia eſt reᵘ delectationis corꝑalis ſolū deſideriū reᵘ cuiuſcūqꝫ delectationis ⁊ gaudiū ꝯtineť ſub delectatione: qꝛ gaudiū ꝯſiſtit in iteriori apprehenſione tm̄: ſed delectatio cōſeqͥť indifferēter apprehenſionē interiorē ⁊ exteriorem: vt patet in figura ſequente.

E

F

G

bonum vel malum.

I ¶ Potentias aut.] explanat quid intelligit per potētias non quidē vīr sed in ordine ad huiꝰ passiones di. ꝙ potentias dicimus ſm quas sumus potētes .i. per quas possumꝰ pati passiones predictas: puta per quas possumus irasci/ misereri/ ꝛ huiꝰ. [Habitus autē.] exponit quid intelligit per habitus nō vīr sed in ordine ad passiones di. ꝙ habitꝰ sūt ſm quos nos habemus ad passiones bene vel male. V.g. irasci per aliquē habitū possumus bene vel male. male vt si irascamur nimis vehemēter vel nimis remisse .i. ſm superabundātiā vel defectū: vl' bn̄ vt si h' fiat mediocriter.

¶ Virtutes igitur vitiaqꝫ nō sunt affectus: nā affectibꝰ quidē studiosi vel vitiosi non dicimur: virtutibꝰ aūt ꝛ vitijs dicimur: ꝛ ob affectus neqꝫ laudamur neqꝫ vituperamur. Nō eni qui metuit aut irascitur laudatur:

K neqꝫ qui simpl'r: sed qui modo quodaꝫ irascit' vituperatur. At ob v̄tutes vitiaqꝫ laudamur aut vituperamur. Preterea irascimur qdē ꝛ timemus sine electione: virtutes aūt electiones sunt quedā: aut nō sine electione. Insup affectibꝰ qdē moueri dicimur: v̄tutibꝰ autem aut vitijs nō moueri: sed aliquo mō disponi.

2ª ps ca. ¶ Passiones quidē igitur nō sunt neqꝫ v̄tutes neqꝫ malitie: qm̄ neqꝫ dicimur ſ'ꝫ passiōes studiosi vel praui. ſm aūt v̄tutē vel malitiaꝫ dicimur. ¶ Et qm̄ ſm passiones qdē neqꝫ laudamur neqꝫ vituperamur: nō eni laudat' q timet neqꝫ qui irascit': neqꝫ vituperat' qui simpl'r irascitur sed qui certo modo. Scd'm v̄tutes autē

L vel malitias laudamur vel vituperamur. Adhuc irascimur quidē ꝛ timemus nō spōte: v̄tutes aūt electiones quedā vel nō sine electione. ¶ Adhuc aūt ſm passiones quidē moueri dicimur: ſm virtutes aūt vel malitias nō moueri sed disponi aliqualiter.

¶ Hec est scd'a pars p̄ncipalis huius capl'i: in qua determinat quid coꝝ que sunt in aīa nō est virtus ꝛ cōtinet duas particulas. In p̄ma ondit ꝙ virtutes non sunt passiones. In 2ª ibi [Propter hoc aūt neqꝫ potētie.] ondit ꝙ v̄tutes morales nō sunt potētie. In p̄ma igit' p'ticula ꝓbat Phs ꝙ v̄tutes morales nō sunt passiones. Et hec est ꝯ 11ª huiꝰ

11ª ꝯcl'o huiꝰ li. libri: que ꝓbat' p q̄tuor rōnes. Primo sic. ſm nullas passiones .s. absolute cōsideratas dicimur boni vel mali: sed ſm v̄tutes dicimur boni: ꝛ ſm vitia mali. g' nec vitia nec v̄tutes sunt passiones. g' ꝛc. [Et qm̄ ſm.] Scd'o ꝓbat' sic.

M ſm v̄tutes laudamur ꝛ ſm vitia opposita vitupamur: sed ſ'ꝫ passiones absolute nec laudamur nec vitupamur. g' ꝛc. Maior pꝫ. ꝛ minor declarat' per hoc ꝙ non laudat' aliqs nec vituperat' qa irascit': sed qa bene vl' male irascit'. g' ꝛc.

Dubium Alberti. ¶ Albertus dubitat hic: qa alique passiones sunt laudabiles: sic verecūdia ꝛ passio opposita inuidie. g' ſm aliquas

Solo passiones laudamur. ¶ Rn̄det ꝙ passiones nō sunt laudabiles eo modo quo v̄tutes sunt laudabiles. nā passiōes nō hn̄t laudē in medio distīcto ab extremis: sic est in laude v̄tutis: imo quāto plus est de verecūdia que est timor de malo seu de turpi: tāto est laudabilius: ꝛ sil'r est de passione opposita inuidie. in illa eni passione nō pōt eē superfluū. [Adhuc irascimur.] Tertio ꝓbat' sic ꝯcl'o. Virtutes morales vel sunt electiones vel nō sunt sine electione: sed passiones eueniunt nobis sine electione. g' v̄tutes morales nō sunt passiones. maior huiꝰ rōnis pꝫ per hoc ꝙ passiones q̄nqꝫ ꝓueniūt deliberationē que ad electionē reqrit'.

Pro maiore huius rōnis est intelligēdum ꝙ virtus accipit' dupl'r .s. pro actu ꝛ pro habitu. Si pro habitu manifestum est ꝙ nō est sine electione sic intelligēdo ꝙ nō ꝓducit' sine electione nec opatur sine electione: tn̄ virtus aliqn̄ existit sine actuali electiōe vt in dormiēte: ꝛ hoc sufficit ad ꝯcl'onē Phi ꝙ hitus virtutis nō sit sine electione cū passio aliqn̄ fiat sine electione. Si aūt virtus accipiatur pro actu hoc pōt eē dupl'r .s. pro actu intrinseco vel pro actu extrinseco. Si p actu itrinseco: sic v̄tus est electio. Si p actu extrinseco: sic non est sine electione: qꝛ actus exterior ab interiori electione ꝓcedit: ꝛ sic quocūqꝫ mō accipiat' virtus: aut est electio: aut nō est sine electione. [Adhuc aūt.] 4º ꝓbat' sic ꝯ. ſm passiones mouemur: s'ꝫ ſm v̄tutes nō mouemur: sed ſm virtutes aliqualiter disponimur ad hoc ꝙ moueamur. ergo virtutes nō sūt passiones. maior pꝫ p hoc ꝙ passiones sunt quidā motus appetitus sensitiui: ꝛ ſm motum formal'r mouemur. ꝛ minor pꝫ p hoc ꝙ virtutes sunt qualitates: ꝛ ſm qualitates nō mouemur formal'r: sed ſm eas sumus dispositi ad mouendum ꝛ agendum. ſm expōnem Bur. ꝛ traductionē Leonardi Are. legendum est/ facere: sed iuxta Auerrois diuiqꝫ Tho. expositionem/ pati.

Notandū Virtus dupl'r accipit' N

Virtutis actus 2ª.

¶ Propter hec eadem neqꝫ potentie sunt: nā neqꝫ boni vel mali dicimur: neqꝫ laudamur aut vitupamur: qꝛ possumus simpl'r affici. Et insup potentes quidēꝫ sumus natura: boni v̄o non efficimur aut mali natura: quemadmodum antea diximus.

O

¶ Propter hoc autem neqꝫ potentie sunt neqꝫ enim boni dicimur propter posse facere simpliciter neqꝫ mali: neqꝫ laudamur: neqꝫ vituperamur. ¶ Et adhuc potentes sumus natura: boni autem vel mali non efficimur natura. Diximus autem de hoc prius. P

¶ Hec est scd'a particula scd'e partis in qua declarat' ꝙ virtutes morales nō sunt potētie: ꝛ hec est ꝯcl'o 12. que ꝓbat' dupl'r. p̄mo sic. ſm potētias nō dicimur boni nec mali: nec laudamur nec vituperamur: nō enim di' aliquis bonus qꝛ potest facere bona: nec malus qꝛ potest facere mala: sed ſm virtutes dicimur boni vel mali: ergo virtutes nō sunt potentie. [Et adhuc.] 2º ꝓbat' ꝯcl'o sic. Potentie insunt nobis a nā. virtutes non insunt nobis a natura. g' ꝛc. 12ª ꝯcl'o huiꝰ scd'i libri.

¶ Or si virtutes neqꝫ affectus sunt neqꝫ potētie: restat ipsas hitus eē. Quid igr' sit ipsa virtꝰ genere diximꝰ.

3ª ps ca. ¶ Si igit' nec passiones sunt virtutes neqꝫ potentie relinquitur habitus eas esse. Quid quidem igitur genus est v̄tutis dictum est.

Q ¶ Hec est tertia pars huius capl'i in qua Phs cōcludit ex p̄missis qd est virtus: ꝛ qd est genus virtutis: ꝛ ꝯcludit istā ꝯcl'onēꝫ ꝙ virtutes sunt habitus. que est conclusio 13ª. que ꝓbat' per locū a diuisione sic. Virtutes vel sunt passiones vel potentie vel habitus: sed non sunt passiones nec potētie: vt probatum est. ergo virtutes sunt habitus. ¶ Dubitatur h': qꝛ videtur ꝙ virtus sit in genere passionis ꝛ nō in in gn̄e habitus: qꝛ virtus est mediū inter passiones oppositas: sed mediuꝫ ꝛ extrema sunt in eodē gn̄e. ergo virtus est in gn̄e passionis ꝛ non in gn̄e habitus. ¶ Dicēdum ꝙ virtus est habitus: vt probat hic Phs. ¶ Ad obiectionē in 3rium dicendū ꝙ virtus nō est mediū inter passiones: sed est medium inter duo vitia extrema: ꝛ obiectuꝫ virtutis est mediuꝫ inter superexcessuꝫ ꝛ defectū in passionibꝰ.

13ª ꝯcl'o huiꝰ scd'i libri. Dubiū. Solutio.

Capitulum scd'm tractatus scd'i declarās que est dr̄ia ꝓpria virtutis moralis p.

A rālis per quā reponit in specie. p̄mo tñ declarat qddā gnāle oi virtuti cuiuscūqz fuerit virtus. τ est φ ois v̄tus pficit habentē: τ opus eius bonū reddit. Deinde declarat φ ois virtus moralis ɔsistit in medio: nō in medio rei sed in medio quo ad nos. Tertio ɔcludit diffō v̄tutis moralis q̄ est φ virtus moralis est habitus electiuus in medietate existens quo ad nos: determinata aūt rōne τ vt vtiqz sapiēs determinabit. deinde ostendit quoꝝ medietas est virtus moralis: qꝛ est medietas duaꝝ maliciaꝝ: deinde φ non in omnibus passionibus τ operationib⁹ est medium laudabile siue medium quod est virtus.

¶ Opꝫ aūt nō solū ita dicere virtutē habitū esse: sed ēt qualis nā habit⁹ sit. Dōm est igit oēm v̄tutē τ idipsuꝫ cuius est v̄tus bñ sese habere facere: τ opus ipsi⁹ reddere bñ. Oculi nāqz virtus τ oculū τ opus ipsius studiosuꝫ facit. Quippe cū videam⁹ v̄tute oculi bñ. Uirtus itidē equi studiosuꝫ efficit equuꝫ τ bonū ad currēdū portādūqz equitē: τ expectādū ēt hostē. Cū si idipꝫ

B ita sese hꝫ in oibus: τ virtus ipsius ēt hois habitus is erit a quo bon⁹ efficit hō: τ quo bñ suuꝫ opus ipse reddet efficietqz. Quo mō aūt id erit τ antea qdē diximus.

Caput 2m trac. 2. huius scdi libri.

O Portet aūt nō solū sic dicere: qm̄ habitus: sed τ qualis qdē. Dicēdū igit qm̄ virtus ois cuius vtiqz fuerit virtus τ id bene habēs perficit: τ opus

p⁹ ps. c. eius bonū reddit: puta oculi v̄tus τ oculū studiosuꝫ facit τ opus eius. Oculi eniꝫ v̄tute bñ videmus. Silr̄ τ equi v̄tus equū studiosuꝫ facit: τ bonū ad currēdū τ ferēdū ascensorem: τ

C expectandū bellatorē. Si itaqz hec in oibus ita hꝫ τ hois v̄tus erit vtiqz habit⁹ ex quo bonus homo fit: τ a quo bñ opus suuꝫ reddit. Qualr̄ autē hoc erit iam quidem diximus.

Scdi. c. 2. trac. diui⁹ in q̄tuor ptes pn.

Istud est caplm scdm tractatus scdi: in quo Phus inestigat diffāz virtutis moralis: τ totaꝫ ei⁹ diffōneꝫ cōcludit. τ cōtinet istud caplꝫ q̄tuor ptes p̄ncipales. In p̄ declarat φ virt⁹ hois pficit hoieꝫ τ opus ei⁹ bonuꝫ reddit. In 2⁹ ibi [Adhuc aūt τ hoc.] p̄mittit quedaꝫ necessaria ad ppositū ostēdendū. In 3⁹ ibi [Si vtiqz ois scia.] pbat ɔclōnē intentā. s. φ ois virt⁹ moralis ɔsistit in medio: τ ɔcludit diffōnē virtutis moralis τ ostēdit quoꝝ extremoꝝ medietas est v̄t⁹. In 4⁹ ibi [Nō suscipit aūt.] ostēdit φ nō in oib⁹ passionib⁹ τ opationib⁹ est medietas

D que est virt⁹. ¶ In p̄ma igit pte declarat Phs φ virtus hois hoieꝫ pficit τ op⁹ ei⁹ bonū reddit. τ hec est ɔclō. 14.

14⁹ ɔclō huius scdi libri. pbat per silē vel per locū a toto in quātitate sic. Ois virt⁹ cuiuscūqz fuerit virt⁹ bñ pficit hñs ipm: τ opus ei⁹ bonuꝫ reddit: qd̄ pꝫ inductiue. naꝫ virt⁹ oculi oculuꝫ bñ pficit: τ opus ei⁹ bonū reddit. per virtutē eniꝫ oculi bene videm⁹. Similr̄ virt⁹ equi equū facit bonū: τ opus ei⁹ bonuꝫ reddit. s. vt sit apt⁹ ad currēduꝫ τ ferēduꝫ ascēsorē τ ad expectāduꝫ bellatores: τ ita vꝫ eē in oib⁹ alijs. g̃ per locū a toto in q̄titate sic erit de v̄tute hois φ v̄t⁹ hois hoieꝫ facit bonuꝫ τ opus ei⁹ bonū reddit. Qualr̄ aūt hoc erit iam qdeꝫ diximus. s. φ per v̄tutē hō fiat bonus: τ bñ opet. naꝫ in 2⁹ cap⁹ p̄mi tractat⁹ huius scdi declarat φ per opōnes q̄ sūt in medio saluat τ gñat vnaqueqz virt⁹: τ per ɔñs per eas boni efficimur τ effecti boni facilius bene operamur.

¶ Et nūc etiā magis patebit si ɔtēplabimur qualis nā sit ipsius virtutis natura. In oi itaqz re ɔtinua diuisibiliqz aliud plus aliud minus: aliud equale: vel ex pte ipsius rei: vel respectu nostri accipi pōt. Equale autē mediū est qddā iter exuperationē atqz defectū. Atqz rei qdē ipsi⁹ mediū id esse dico: qd̄ eque ab extremoꝝ vtroqz distat: idqz est apud oēs vnū τ idē. Respectu aūt nostri qd̄ neqz exuperat neqz deficit: idqz non est apd̄ oēs vnū τ idē: vt si decē sint multa: τ duo pauca: sex ipsius rei media capiunt: eque nāqz excedūt τ excedunt. Atqz hoc in arithmetica cōparatione rōnū mediū esse cōstat: at id qd̄ est nostra ex pte mediū nō eodē sumēdū est mō. Nō eniꝫ si cui decē qdē minas comedere nimiū est: duas aūt paꝝ: sex ei minas ludi magister pcipiet. Est enim τ hoc fortasse nimiū ei q accepturus est: aut paꝝ. Miloni nāqz paꝝ. Incipienti v̄o sese exercere nimiuꝫ est. Simili mō res sese hꝫ in cursu ac in palestra. Hoc igit mō quiuis artifex exuperationē qdē fugit atqz defectū: mediū aūt querit τ expetit: nō quidē rei: sed φ ad nos mediū dicitur.

¶ Adhuc aūt τ hoc erit manifestuꝫ si speculati fuerimus q̄lis qdeꝫ est natura ipsius. In omni itaqz cōtinuo τ diuisibili est accipere: hoc autē plus: hoc qdē minus: hoc v̄o equale: τ hoc vel s̄m ipsaꝫ reꝫ vel ad nos. Equale aūt mediū qdē est superabundātie τ defectus. Dico vtiqz rei qdeꝫ mediū qd̄ equalr̄ distat ab vtroqz extremoꝝ: qd̄ est vnū τ idē in oibus: ad nos autē qd̄ neqz abūdat neqz deficit: hoc aūt neqz vnū neqz idē oib⁹: puta si decē multa: duo aūt pauca: sex media accipiunt s̄ꝫ rē. Equalr̄ eniꝫ excedunt τ excedunt: hoc aūt mediū est s̄ꝫ arithmeticā pportionē. Quo aūt ad nos nō ita sumendum. Nō enim alicui si decē minas comedere multū. Duas aūt paucuꝫ magister ludi sex minas precipiet. Est eniꝫ forsitan τ hoc multum sumenti vel paucū. Miloni enim qdē paucuꝫ: dominatori aūt gymnasioꝝ multuꝫ. Silr̄ τ in cursu τ in palestra. Ita vtiqz ois sciēs supabūdantiā τ defectū fugit: mediū aūt querit τ hoc desiderat. Mediū aūt nō qd̄ rei sꝫ quo ad nos.

2⁹ ps. ca.

Quid medium rei τ qd mediū respectu nostri.

¶ Hec est 2⁹ pars in qua p̄mittit quedā neccia ad ppo^m. s. ad inuestigāduꝫ diffāꝫ virtutis: qꝛ eniꝫ virt⁹ est habitus τ habitus trahit spēꝫ ab obiecto: τ obiectū v̄tutis est mediū inter passiones: ideo φ diffā formalis v̄tutis sumat ex rōne medij: ita φ virtus sit habit⁹ mediū attigēs vel in medio cōsistēs. τ pp hoc Phus p̄mittit duo neccia ad ppo^m. prio dicēs φ virt⁹ sit in medio erit magis manifestuꝫ si speculemur q̄lis est nā v̄tutis. deinde pponit neccia ad ppositū ostēdenduꝫ. Primū est φ in oi cōtinuo τ diuisibili est accipere maius/minus τ eq̄le. qd̄ qdeꝫ eq̄le est mediū inter supabūdantiā τ defectū. Scdm qd̄ p̄mittit est: φ mediuꝫ est duplex. s. mediū s̄m reꝫ τ mediū quo ad nos. Mediū rei est qd̄ equaliter distat ab vtroqz extremorū. Mediū quo ad nos est qd̄ nobis neqz supabundat nec deficit: hoc est φ nobis nec est supfluū nec diminutuꝫ. Medium s̄m rem est ideꝫ apud oēs. mediū quo ad nos nō est idē apud oēs. Mediū rei est mediū s̄ꝫ arithmeticā pportionē. medium quo ad nos est mediuꝫ s̄m pportionē geometricā.

I vbi grã:medium rei est qđ quantũ excedit ab vno extre/
morũ inter que est mediũ tãtũ excedit reliquũ extremũ:
⁊ tale est mediũ aritbmeticũ.⁊ boc mõ sex est mediũ in/
ter.10.⁊ duo.nã sex per 4.or excedunt.2.⁊ per 4.or excedũ/
tur a.x.⁊ tale mediũ equaliter distat ab vtroqꝫ extremo/
rum.Mediũ quo ad nos est mediũ geometricũ:qꝛ est ſꝫ
eandẽ ꝓportionẽ ad subiectũ.⁊ sic.6.est mediũ inter.9.⁊
4.qꝛ que est ꝓportio sex ad.4.eadẽ est ꝓportio.9.ad sex.
qꝛ vtrobiqꝫ est sexqaltera ꝓportio.qꝛ sicut sex cõtinet.4.
⁊ eius medietatẽ:ita.9.cõtinet sex ⁊ eius medietatẽ.Istud
mediũ.s.quo ad nos nõ est idẽ apđ oẽs.qđ Phs declarat.
nã si comedere.x.minas.s.mensuras est supfluũ alicui ⁊
comedere.2.mẽsuras sit nimis paucũ:nõ ꝓpter boc seqꝛ
ꝙ comedere.6.sit simplr mediũ ⁊ simplr bonũ illi cui.x.
est supfluũ:⁊.2.nimis paucũ:qꝛ illi qui dꝫ certari in ludis
K gymnasticis est forte supfluũ:⁊ miloni esset nimis paucũ.
vñ si alicui sufficiant.4.mensure illi essent.x.mensure su/
pfluũ ⁊ duo nimis modicũ.nec ex h̃ seqꝛ ꝙ.6.bꝫ mẽsure
sint quo ad ipꝫ mediũ:⁊ nec supfluũ nec diminutũ.Sed
si alicui puta miloni sint.x.mensure mediũ ⁊ nec supfluũ
nec diminutũ:tũc alteri cuius ꝓportio ad milonẽ est sicut
ꝓportio sex ad.x.erit.6.mediũ inter supfluũ ⁊ diminutũ.
oĩs aũt sciens ⁊ prudens fugit extrema.s.supabũdantiã ⁊
defectũ tanq̃ sibi iꝓportionata.⁊ querit mediũ inter hec
tanq̃ sibi ꝓportionatũ.sic ergo pꝫ ꝙ in passionibus ⁊ ope
rationibus est mediũ:qꝛ passiones ⁊ opõnes sunt diuisibi/
les:⁊ in oĩ diuisibili est accipe maius minus ⁊ equale.Et
sic etiã pꝫ ꝙ mediũ est duplex.s.mediũ rei:⁊ mediũ quo
ad nos.⁊ qđ est mediũ rei.⁊ qđ est mediũ quo ad nos.Ex
qbus patebit ꝙ virtus moralis consistit in medio quo ad
Dubiũ nos.¶ Eustratius dubitat hic qualr in passionib⁹ ⁊ ope/
Eustra. rationibus est maius minus ⁊ eq̃le:cũ passiones ⁊ opõnes
L nõ sint quantitates sed magis qualitates.vñ dicit q̃litates
qdẽ enĩ passiones:opõnes enim sub q̃litate vtiqꝫ erunt.
Silr oĩs vtus moralis est circa delectatiões ⁊ tristitias:sꝫ
delectatio est in nõ tẽpore:⁊ per ꝯñs indiuisibilis.ꝗ opera
tiones ⁊ passiones circa quas est vtus sunt indiuisibiles:⁊
per ꝯñs in eis nõ est accipere maius minus ⁊ eq̃le.¶ Ad
Solo. istã dubitationẽ rñdet Eustratius ꝙ oĩa illa.s.opõnes pas/
siones ⁊ delectationes sunt diuisibiles:sed h̃ est per accñs
cũ nõ sint q̃titates.Posset ẽt dici ꝙ q̃uis ꝓdicta nõ sint
diuisibilia ſm diuisionẽ tẽporis:tñ sunt diuisibilia ſꝫ ma
ius ⁊ minus.cõtingit enĩ delectari ⁊ irasci:⁊ ẽt opari ſm
maius ⁊ minus:sicut pꝫ de lumine qđ sit in istanti:⁊ tñ di/
uidit ſm maius ⁊ minus.aliqđ enĩ est magis luminosũ
q̃ aliud:⁊ idẽ est magis luminosũ in vno tẽpore q̃ in alio.
Signa se/pẽ fortitu/dis corpo/ralis mi.lo/nis. pm ¶ De Milone dicit h̃ Eustrati⁹.6.signa fortitudinis cor/
poralis.Primũ dicit ꝙ hoĩes aiunt istũ trecemaihẽ athle/
tam qui tãtũ fortitudine ab aliis differebat ꝙ portando
taurũ in humeris sine gerũs interpositione stadiũ ptran/
2m fluit.¶ Scđm qđ dicit de ipso est ꝙ milo cõueniẽs cum
M amicis colloquebaꝛ in quadã domo ſm ꝑtem ruinosa ⁊
fere his qui intus erant supcadere approximãte ipse sub/
intrans partẽ ruinosam suffulciens saluauit oẽs educens.
3m ¶ 3⁹ de ipsius morte dicit ꝙ qdã aiunt ipꝫ milonẽ in q̃dã
silua deambulantẽ ⁊ parũ a via diuertentẽ trũcũ magnũ
inuenire.hũc aũt a qbusdã esse tentatũ scindi imisso fisso/
rio milonẽ aũt ad hũc accedentẽ vim fecisse manibus ⁊
pedibus ad diuisionẽ ⁊ amplius qdẽ nihil ꝑfecisse preter
qđ fissorijs excidẽtibus ad inuicẽ.iam enĩ fatigabaꝛ vio/
lentia ipsius hũc imperato laqueo detentũ bestijs cenam
4m extitisse.¶ 4⁹ dicit de ipso qđ dicũt hoĩes de ipso ꝙ ipse
vicit decertans in sex olimpiadib⁹ in.7.aũt nõ potuit su/
perare Masopheũ cõciuẽ ipsius etate iuuenẽ ⁊ nõ volen
5m tem ꝓpe stare.¶ 5⁹ dicit ꝙ ille milo fronti circũligabat

chordã velut coronã ⁊ anhelitũ retinẽs inter labia:ex solo N
impulsu spũũ ⁊ sanguinis intumescentis in venis fregit
chordã ad modũ papyri.¶ 6⁹ dicit de ipso ꝙ dimittentĩ
eo brachia ab humero vsqꝫ ad cubitũ iuxta latera ⁊ extẽ/
dente a cubito in directũ brachia ⁊ manus ⁊ digitos ſꝫ or
dinẽ pollice erecto sursũ:reliqs aũt digitis positis ſꝫ ordi/
nem minimũ digitoꝝ nullus potuit mouere vim faciens.
¶ 7⁹ dicũt aliq de eo ꝙ comedebat bouẽ in die.Et si ista
narrata de illo sint vã nõ est mirũ si multũ cibũ reqrebat.
¶ Cꝫ si oĩs scientia suum hoc mõ bene cõficit opus ad
mediũ ipsum respiciens ⁊ in hoc sua redigens opera.
Unde ⁊ dici solet in iis que bñ sese habẽt operib⁹ nec
auferri quicq̃ nec addi posse:ꝓpterea ꝙ bonũ ipsum
corrũpunt nimiũ ⁊ paꝝ:mediocritas vo cõseruat.At
boni artifices ad hoc respiciẽtes vt diximus operanꝛ. O
Uirtus aũt omni arte exactior est ⁊ prestantior quẽ/
admodũ ⁊ natura.Ipsa ꝑfecto virtus medij ipsi⁹ est
coniectatrix.Loquor aũt de morũ vtute:hec enĩ cir
ca affectus actusqꝫ versaꝛ:in qbus est nimiũ ⁊ parũ ⁊
mediũ.Fit enĩ vt magis ⁊ minus qspiã ⁊ metuat ⁊ cõ
fidat ⁊ cupiat ⁊ abhorreat:⁊ irascaꝛ ⁊ misereaꝛ:⁊ oino
delecteꝛ ac doleat:⁊ vtroqꝫ modo nõ bene.Et etiam
qñ opꝫ ⁊ pro qbus:⁊ ad quos ⁊ cui⁹ gratia:⁊ vt opꝫ.
Hoc aũt mediũ est ⁊ optimũ:qđ est ipsius virtutis.
Similr circa actus nimiũ est ⁊ paꝝ ⁊ mediũ.Uirtus
autẽ circa affectus actusqꝫ versaꝛ:in qb⁹ exuperatio
quidẽ peccatũ est ⁊ defectus vituperaꝛ:mediũ autẽ
laudaꝛ ⁊ recte ꝯficiꝛ:q̃ꝝ vtrũqꝫ vtutis ipsi⁹ est.Uirt⁹ P
igiꝛ mediocritas est q̃dã:cũ sit ipsi⁹ medij ꝯiectatrix.
¶ Si vtiqꝫ oĩs scientia sic opus bñ perficit ad 3a ꝑti.
mediũ respiciens:in hoc ducens opa:vñ ꝯsue/
uerunt dicere in bñ se habentibus operib⁹:qm̃
neqꝫ auferre est neqꝫ apponere vt supabundã/
tia qdem ⁊ defectu corrumpẽte:bñ aũt medie/
tate saluante.boni aũt artifices vt diximus ad h̃
respicientes operanꝛ.Uirtus autẽ omni arte
certior ⁊ melior est queadmodũ ⁊ natura:me/
dij vtiqꝫ erit cõiectatrix.¶ Dico aũt moralem:
hec enĩ vtiqꝫ erit circa passiones ⁊ opationes:
in his enĩ est supabũdãtia ⁊ defect⁹ ⁊ mediũ:
puta ⁊ audere ⁊ timere ⁊ ꝯcupiscere:⁊ auerti
⁊ irasci ⁊ misereri:⁊ vlr delectari ⁊ tristari est
⁊ magis ⁊ minus:⁊ vtraqꝫ nõ bñ:qñ autẽ opꝫ Q
⁊ in qb⁹ ⁊ ad quos ⁊ cuius grã:⁊ vt opꝫ ⁊ me
dium ⁊ optimũ qđ est in virtute.Similr autẽ
circa operationes est superabundãtia ⁊ defe/
ctus ⁊ mediũ:virtus aũt circa passiones ⁊ ope
rationes est:in qbus quidẽ superabundãtia vi/
tiosa est ⁊ defectus vituperaꝛ.Mediũ aũt lau
daꝛ ⁊ dirigiꝛ.¶ Hec aũt ambo vtutis:medie/
tas q̃dã ergo est vtus cõiectatrix existẽs medij.
¶ Hec est 3a pars ꝑncipalis huius capli:in qua Phs ꝓbat
ꝯclonẽ intentã.s.ꝙ oĩs vtus moralis est ꝯiectatrix medij:
siue ꝙ oĩs virtus moralis cõsistit in medio:⁊ cõtinet ista
pars tres particulas.In ꝑma ponit vnã rõnẽ acceptã per
locũ a minori.In 2a ibi.Adhuc peccare.ꝓbat idẽ ꝑ aliã
rationem

A rōnē acceptā ex difficultate attigēdi mediū. In 3° ibi[Est ergo virt⁹.] ꝯcludit diffōnē v̄tutis moralis. In pͥma ꝑticula ꝓbat ꝑhs ꝙ ois v̄t⁹ moralis ꝯsistit in medio: ꝛ hec est
15° ꝯclo hui⁹ s. di bitē.
cōclō 15° que ꝓbaꝛ dupl'r. Primo ꝑ locū a minori sic. Ois scia opatiua siue ois ars cū bn̄ ꝑficit opus suū attingit mediū: s3 v̄t⁹ moralis est certior ꝛ melior oi arte sic nā est melior ꝛ certior oi arte: cū igiꝛ ois ars cū bene ꝑficit op⁹ suū attingit mediū: sequiꝛ ꝑ locū a minori ꝙ ois v̄tus moralis attingit mediū ꝛ ꝯsistit in medio. Maior declaraꝛ ꝑ qōdā signū: ꝛ est ꝙ artifices ꝛ vir͛ oēs opib⁹ bn̄ se habētib⁹ ꝯsueuerūt dicere ꝙ ad ea nō est aliqd apponēdū nec ab eis est aliqd auferēdū: ꝑ hoc significātes ꝙ supabūdātia ꝛ defectus corrūpūt bonitatē opis: ꝛ medietas inter supabūdantiā ꝛ defectū saluat bonitatē opis: ꝛ ita bonitas artificiati ꝯsistit in medio iter supabūdātiā ꝛ defectū: ꝛ ita artifices cū bn̄ ꝑficiūt opa sua attingūt mediū inter supabūdātiā ꝛ defectū.

B Nōn⁹
Circa minorē est sciēdū ꝙ v̄tus est melior ꝛ certior oi arte: q2 v̄tus determinate inclinat ad bonū ad modū nāe: ꝛ iō ꝑ v̄tutē nō ꝯtingit male opari: s3 per artē pōt hō indifferēter bn̄ opari vel male: ꝑ artē eni3 est cognitio de bono opē: s3 ars nō inclinat ad bn̄ opandū s3 ad bn̄ cognoscēdū: ꝛ iō ꝯtingit male vti arte: sed non cōtingit male vti v̄tute.

Dubiū.
¶ Dubitaꝛ hic q2 nō videꝛ ꝙ ars cū bene ꝑficit opus suū attingat mediū: q2 quāto res artificiosius fit tāto magis accedit ad extremū: ꝛ per ꝯñs ars non respicit mediū.

Solo.
¶ Dicēdū ꝙ ars respicit mediū inter supabūdātiā ꝛ defectū: q2 quāto res fit meli⁹ per artē tāto magis est recessus a supabūdātia ꝛ defectu: verūtn̄ nec ars nec v̄tus respicit mediū inter bonū ꝛ malū: imo quāto meli⁹ res fit tanto est maior accessus ad bonu3: vnde si comparemus bonum ꝛ malum ad inuice3 sicut extrema: sic tam virtus q̄3 ars respiciunt extrema.

C
Si v̄o comparemus superabūdantiam ꝛ defectū ad inuicem tanq̄3 extrema: sic tam virtus q̄3 ars respicit medium. [Dico autē.] explanat de qua virtute loquiꝛ cū dicit: mediū saluare v̄tutē ꝛ extrema corrūpere v̄tute3. ꝛ dicit ꝙ debet intelligi de virtute morali: nā v̄tus moralis est circa opatiōes ꝛ passiōes in qb⁹ inueniꝛ supabundātia ꝛ defect⁹ ꝛ mediū: ꝛ exēplificat pͥmo in passionib⁹ dicēs ꝙ cōtingit timere ꝛ audere ꝛ ꝯcupiscere ꝛ auerti. s. fugere ꝛ irasci ꝛ misereri ꝛ vl'r delectari ꝛ tristari magis ꝛ minus: ꝛ vtraq3 hec nō fiunt bn̄: sed si aliqs timeat ꝛ audeat quādo opoꝛtet: ꝛ q̄ oportet: ꝛ in qbus op3: ꝛ quos op3: ꝛ cuius gratia op3: ꝛ eo mō quo oportet: hoc erit mediū in huiusmodi passionibus ꝛ in hoc cōsistit optimū eius. i. optima dispō que est v̄tus. Deinde exemplificat in operationib⁹. d. ꝙ simil'r circa opationes est supabūdātia ꝛ defectus ꝛ medium: ꝛ virtus moralis est circa passiones

D
ꝛ opationes sicut circa propriā materiā: ꝛ in his est superabundātia ꝛ defectus que vitiosa sunt ꝛ vituperabilia: sed mediū laudaꝛ ꝛ dirigit. i. recte se habet. [Hec autem ambo.] s. rectitudo que opponitur vitio ꝛ laus que opponiꝛ vituperio pertinet ad virtutē: sic ergo apparet ꝙ v̄tus moralis est quedā medietas ꝛ coniectatrix medij inquantu3 passiones ꝛ operationes ad mediū dirigit ꝛ reducit.

¶ Preterea peccare qdē multis modis cōtingit. malū enim est infiniti vt pythagorici putāt: bonū v̄o finiti: at recte agere vnice. Quapropter ꝛ alterū facile: alterū difficile est. Facile qdē nō attingere signū: difficile aūt illud attingere. Et ob hoc igiꝛ nimiū qdē atq3 paru3 vitio ascribunꝛ: mediocritas v̄o v̄tuti. Uno nāq3 mō bonus est: multisq3 nefandus.

¶ Adhuc peccare qdem multis modis dicitur. Malū eni3 infiniti vt pythagorici existimauerunt: bonu3 aūt finiti: dirigere aūt vno modo. Ideoq3 hoc qde3 facile: hoc āt difficile. Facile qdem nō cōtingere signū: difficile aūt cōtingere: ꝛ ꝓpter hoc igiꝛ malitie qdem est supabundantia ꝛ defectus. v̄tutis aūt medietas. Boni eni3 qdē simpliciter: multifarie aūt mali.

E
¶ Hec est scđa ꝑticula tertie ꝑtis pͥncipalis: in qua ponitur scđa rō ꝓbās ꝯclōnē pͥncipalē. s. ꝙ ois v̄tus moralis est cōiectatrix medij: que rō sumiꝛ ex difficultate attingēdi mediū: ꝛ est rō talis. Circa illō est v̄tus moralis qō de difficili attingitur ꝛ a quo de facili recediꝛ. sed mediū de difficili attingiꝛ ꝛ ab eo de facili recediꝛ. g͛ v̄tus moralis est circa mediū ꝛ est coniectatrix medij. Istius rōnis declaraꝛ minor in l'ra quātū ad vtrāq3 sui ꝑtē. Q2 āt facile sit recedere a medio p3. nā diuertere a signo est multis modis: ꝛ ideo facile est nō tangere signū: ꝛ ita facile est peccare ꝛ recedere a v̄tute: q2 h̄ ꝯtingit multis modis ꝛ īfinitis: ꝛ iō Pythagorici posuerūt malū qō pertinet ad peccatū esse de rōne infiniti: ꝛ eē in eodē ordine cū infinito: ꝛ bonū ad qō pertinet virtus dixerūt esse in eodē ordine cū finito: ꝛ sic patet vna ꝑs minoris pͥme rōnis. s. ꝙ a medio de facili recediꝛ: q2 cōtingit īfinitis modis recedere a medio. ꝛ ēt p3 ꝑ exēplū: q2 facile est sagittā nō attingere sig^m ad qō sagittaꝛ: q2 infinitis modis cōtingit diuertere a signo. Alia ꝑs minoris. s. ꝙ difficile est attingere mediu3 declaraꝛ ꝑ hoc ꝙ mediū nō attingiꝛ nisi vno mō tm̄: ꝛ ēt per hoc ꝙ est difficile sagittanti attingere signū. ꝛ facile est recedere a signo: iō hoies simpl'r. i. vno mō fiunt boni: sed mali fiūt multifarie. i. multis modis. ꝛ ꝓpter hoc supabūdātia ꝛ defectus sunt malitie hoc est ꝑtinent ad malitia3. medietas aūt ad virtutē.

F
De rōne infiniti posuerūt malū pythagorici.

Pōt aūt rō ꝓbans ꝯclōnē aliter formari sic illud qō de difficili attingiꝛ est mediū vel in medio cōsistēs: s3 virtus de difficili attingiꝛ: ergo v̄tus est mediū vel in medio cōsistēs. maior p3: q2 difficile est attingere mediu3. qō p3 de signo qō poniꝛ ad sagittā. ꝛ de centro circuli qō difficile est attingere: q2 est mediu3 circuli. ꝛ minor declaraꝛ per hoc ꝙ ꝯtingit male facere multis modis: s3 bn̄ facere cōtingit vno mō tm̄: ꝛ iō facile est male facere: ꝛ difficile est bn̄ facere: ꝛ ita de difficili attingiꝛ v̄tus.

Nōn⁹
¶ Intelligendū est hic ꝙ recte agere nō cōtingit nisi cōcurrētib⁹ oib⁹ circūstātijs debitis: s3 malu3 ꝯtingit ex defectu cuiuscūq3 circūstātie debite: sicut turpitudo corpis que est qōdā malū corpale cōtingit ex defectu cuiuscūq3 circūstātie debite vt ex indebito colore vel quātitate vel figura vel situatione mēbri: ꝛ sic de alijs. sed pulchritudo cōsistit solū qn̄ oia mēbra sunt bn̄ ꝓportionata ꝛ colorata: ꝛ sil'r egritudo

D
que est malū cōplexiōis corpalis accidit ex deordinatione cuiuscūq3 humoris. sed sanitas nō pōt esse nisi ex debita ꝓportione oium humoꝝ. Eodē mō est in actionib⁹ humanis ꝙ peccatū ꝛ malū ꝯtingit ex defectu cuiuscūq3 circūstātie debite: ꝛ rectitudo nō cōtingit nisi in oib⁹ circunstantijs habitis ꝛ debito mō ordinatis: ꝛ iō peccare est facile: s3 bn̄ agere est difficile. pōt etiā dici ꝙ facili⁹ est peccare q̄3 bn̄ agere: q2 v̄tus est mediū inter duas malitias: ꝛ ita mediū est vnū ꝛ extrema sunt multa: ꝛ iō nō contingit bn̄ agere ꝯm habitū nisi vno mō. s3 multis modis ꝯtingit male agere ꝯm habitum cū multi sint habitus mali.

Facilis est delinquere s3 recte agere difficile.

¶ Est igiꝛ virtus habitus electiuus in mediocritate cōsistens ea que est ad nos definita rōne: ꝛ vt definierit ipse prudēs. Mediocritas aūt duoꝝ est vitioꝝ: vnius ꝑ exuperationē: alterius per defectū: ꝛ ex eo ēt q2 illa qdē partim deficiūt: partim exuperant id qō op3 ꝛ in affectib⁹ ꝛ in actibus. Uirtus aūt mediū ipsu3 ꝛ inuenit ꝛ expetit. Quapropter ipsa virtus essentia qdē ꝛ rō

I ne quid est dicente: mediocritas est: at optimi respectu ⁊ bene sese habentis extremitas.

Virtutis diffo. ℂ Est igitur virtus habitus electiu⁹ in medietate existẽs quo ad nos determinata rõne: ⁊ vt vtiq3 sapiẽs determinabit. ℂ Medietas aũt duarũ malitiarũ hui⁹ quidẽ fm supabũdãtiã: hui⁹ autẽ fm defectũ. Et adhuc huic has quidẽ deficere has aũt supabũdare ab eo qδ op3 ⁊ i passionib⁹ ⁊ in opationib⁹: virtutẽ aũt mediũ inuenire ⁊ eligere. ℂ Propter qδ fm substantiã quidẽ ⁊ rationẽ quod quid est esse dicẽtẽ medietas est virtus: fm optimũ autẽ ⁊ bene extremitas.

K ℂ Ex predictis ↄcludit phs diffinitionẽ virtutis moralis: que est ꝙ virtus moralis est habitus electiuus in medietate existens quo ad nos determinata rõne ⁊ vt vtiq3 sapiens determinabit: ⁊ hec est cõclusio 16ª huius libri: ⁊ hec sequitur ex precedẽtib⁹. ꝓbatũ est eni ꝓus ꝙ virtus est habitus: ⁊ etiã ꝓbatũ est ꝙ ad virtutẽ requirit electio: ⁊ ꝙ virtus est in medio quo ad nos: ⁊ ꝙ hui⁹ mediũ determinat per sapiẽtẽ.i.per prudẽtẽ qui inuenit ⁊ determinat mediũ inter supabũdãtiã ⁊ defectũ qδ est mediũ quo ad nos: ⁊ ex omnibus his declarans sequit ꝙ virtus moralis est habitus electiu⁹ ⁊c. (16ª ↄclo hui⁹ scđi libri.)

Nõn ℂ Notãdũ ꝙ in illa descriptiõe ponunt quinque. Primo ponit genus virtutis cũ dicit [habitus.] 2º ponit actus virtutis cũ dicit [electiuus.] 3º ponit obiectũ actus virtutis cũ dicit [in medietate existẽs quo ad nos.] 4º ponit cã bonitatis ipsius virtutis cũ dicit.[determinata rõne.] virtus eni3 moralis est in appetitu sensitiuo cui nõ est L bonitas nisi fm ꝙ determinat per rõnem: sed qz cõtingit rõnẽ esse rectã ⁊ erroneã: ⁊ op3 virtutẽ opari fm rõnẽ rectã: ideo ad hoc explicandũ addit 5ª pticula.s.[⁊ vt vtiq3 sapiẽs determinabit.] sapiẽs eni nõ determinabit nisi fm rõnẽ rectã: ⁊ accipit hic sapiens nõ pro illo qui cognoscit causas altissimas sed pro prudẽte qui rectã cognitionẽ habet rerũ humanarũ.

Nõn ℂ Intelligendũ ꝙ per habitũ distinguit virtus a potẽtia ⁊ passione: per electionẽ distinguit a sciẽtia: per medietatẽ etiam differt a verecũdia ⁊ ab alijs passionib⁹ laudabilib⁹ que nõ sunt media duarũ malitiarũ: per determinationẽ rõnis distinguit a virib⁹ aie vegetatiue: per determinatione3 sapiẽtis distinguit ab habitu vitioso qui nõ determinat sic.s. put sapiens determinat: ⁊ hoc innuit Eustratius in cõmẽto. ⁊ fz Albertũ hic illud qδ vltimo ponit hic.s.[vt vtiq3 sapiẽs determinabit.] est cõplemẽtũ totius diffõnis. nã qz mediũ qδ vtus ingrit in sin M gulis variat; op3 ꝙ determinet tale mediũ p rõnẽ sapiẽtie: qui sicut dicit phs põt de singulis sicut res se hẽt reddere rõnẽ.[Medietas aũt.] Et cũ declarauit ꝙ vt⁹ ẽ medietas: narrat quoꝝ extremoꝝ medietas est virtus: ⁊ dicit ꝙ virtus est medietas duarũ malitiarũ.i.duoꝝ habitu3 vitiosoꝝ/ vnius dicti fm supabũdãtiã ⁊ alterius dicti fm defectũ ab eo qδ op3.i.a rõne medij: ⁊ hoc tã in passionib⁹ q̃3 opationib⁹. Uirtutẽ aũt inquãtũ seruat illud qδ op3: contat mediũ inuenire.s.p rõnẽ ⁊ eligere.s.per volũtatẽ: ⁊ sic p3 ꝙ vtraq3 malitia hẽt rõnẽ extremi inquãtũ supabundat vel deficit a medio. Uirtus aũt hẽt rõnẽ medij: qz est quedã medietas inter duos habitus vitiosos ⁊ opat mediũ in actionib⁹ ⁊ passionib⁹.[Propter qδ fm subam.] Ex predictis appet ꝙ virtus vno mõ est medietas ⁊ alio mõ est extremitas: nã fm subam ⁊ rõnẽ diffinitiuã dicentẽ ꝙ quid est/ est medietas.s. fm ꝙ est eq̃litas medians circa ppriã mãm.s.circa passiões ⁊ opatiões quas moderat: s3 inquãtũ hẽt rõnẽ optimi.s.in tali gñe ⁊ ei⁹ qδ est bñ.i. fm cõformitatẽ ad rõnẽ rectã a qua depẽdet illud qδ est bonum ⁊ N optimũ: virtus est extremitas: vñ per cõparatiõnẽ ad rectã rõnẽ virtus est extremũ sed fz se: ⁊ fm illud qδ est sic est q̃dã medietas.

Nõn ℂ Intelligẽdũ ꝙ vtrũq3 vitiũ inquãtũ a rõne deuiat hẽt rõnẽ vni⁹ extremi qδ est malũ: ⁊ virtus fm ꝙ est ↄformis recte rõni hẽt rõnẽ boni qδ est alteru3 extremũ.

Nõn ℂ Intellĩdũ ꝙ ↄsiderãdo ad bonũ ⁊ malũ q̃ sũt duo extrema ↄ̃ria: sic vt⁹ hẽt rõnẽ extremi qz est ita bonũ ꝙ nõ malũ: s3 ↄsiderãdo ad supabũdãtiã ⁊ defectũ q̃ sunt alia duo extrema: sic vt⁹ h3 rõnẽ medij qz ẽ medietas inter supabũdãtiã ⁊ defectũ. ⁊ qz vtus fz illud ꝙ est q̃litas media inter supabũdãtiã ⁊ defectũ nõ h3 rõnẽ bonitatis nisi inquantũ est cõsona recte rõni: ideo bonũ absolute nõ ponitur in diffinitiõe virtutis: sed mediũ inter supabundantiã ⁊ defectũ cõpetit virtuti per se ⁊ intrinsece: ⁊ etiã rõne O obiecti qδ per se tẽdit: ideo virtus fm diffinitionẽ est medietas sed inquãtũ est bonũ ⁊ optimũ sic est extremitas.

ℂ Non aũt ois actus nec ois affectus suscipit mediocritatẽ. Sunt eni affectus nõnulli q cõtinuo noie suo sunt cũ prauitate cõnexi: vt maliuolẽtia: vt impudentia: vt inuidentia: ⁊ actus idẽtidẽ: vt adulteriũ: furtũ: homicidiũ. Hec eni vniuersa ⁊ talia ita dicunt qz ipa sunt praua: sed nõ exuperatiões ipsoꝝ atq3 defectus. Circa igit talia nullũ est tẽpus recte agendi: sed semp delinquit. Neq3 fit vt q̃sq3 bñ vel male taliu3 quicq̃3 agat cũ oportet ⁊ qñ ⁊ vt oportet adulteriũ cõmittendo: sed simpliciter q̃cq̃d istoꝝ efficiat delinquit. Sile igit est ⁊ circa iniustitiã: timiditate3: ⁊ luxuriã mediocritatẽ ponendã esse censere: ⁊ id qδ nimiũ dicit ⁊ parũ. Hoc eni mõ exuperatiões ⁊ defect⁹ erit vtiq3 me- P diocritas: ⁊ exuperatiõis exuperatio: ⁊ defectus item defectus: sed vt tẽperãtie fortitudinisue nõ est exuperatio atq3 defectus: qz mediũ ipsum est mõ quodã extremu3 sit: nec illoꝝ est mediocritas nec exuperatio ⁊ defectus: sed vt cunq3 agant semp delinquit. Omnino namq3 nec exuperationis: nec defectus est mediocritas: nec mediocritatis exuperatio ⁊ defectus.

ℂ Nõ suscipit aũt ois operatio neq3 ois aie passio medietatẽ. Quedã eni cõfestim noiata conuoluta sunt cũ malitia: puta gaudiũ de malo ⁊ inuerecũdia ⁊ inuidia: ⁊ in opationib⁹ adulteriũ furtũ homicidiũ. Hec eni oia ⁊ que talia dicunt seipsa mala esse: s3 nõ supabũdãtie ipsoꝝ neq3 defectus. Nõ igit est vnq̃3 circa hec dirigere sed semp peccare: neq3 est bñ vel nõ bene circa talia in eo qδ op3: vt op3 ⁊ qñ ⁊ quomõ: puta adulterari: s3 simplr facere quodcũq3 horum peccatũ est. ℂ Sile igit attribuẽtĩ ⁊ circa iniusta facere ⁊ timere: ⁊ incõtinentẽ esse: esse medietatẽ ⁊ supabũdãtiã ⁊ defectũ. Erit eni3 sic supabundãtie ⁊ defectus medietas: ⁊ supabũdãtie supabũdãtia: ⁊ defectus defectiõis. ℂ Quẽadmodũ aũt tẽperantie ⁊ fortitudinis nõ est supabundãtia ⁊ defectus ꝑpter mediu3 esse aliqualiter extremũ: ita neq3 illoꝝ medietas neq3 supabũdantia ⁊ defectus: sed vt vtiq3 operatum est vitiosum est: vniuersaliter ergo (4ª ꝑs c.) (Q)

neq3

A neqȝ supabūdātie neqȝ defectus medietas est: neqȝ medietatis superabundantia ꝛ defectus.

¶ Hec est 4ª pars pncipalis hui⁹ capl'i:in qua ostendit̃ ꝙ nō in oībus passionib⁹ ꝛ operationibus est medietas que est virtus:ꝛ hec est ɔclo 17ª:que pbat̃ tripl'r. Primo sic. In his que fm se sunt mala:nō est ponere medium qd̓ est v̓tus:sed q̄dā passiones ꝛ opationes fm se sunt male:g̃ ꝛc. maior pȝ per hoc ꝙ circa ea que fm se sunt mala non est dirigere:sed qualr̃cūqȝ fiunt/semp sunt mala ꝛ semp male fiunt:ꝛ in talib⁹ que q̄litercūqȝ fiunt semp male fiūt:nō est ponere mediū qd̓ est v̓tus.ꝛ minor pȝ per hoc ꝙ q̄daȝ passiones ꝛ opationes cōfestim noīata sunt cōuoluta cuȝ malitia. Exēplū de passionib⁹:ille passiōes gaudiū de malo ꝛ inuerecūdia ꝛ inuidia statim noīata sunt cōuoluta cū malitia. Exēplū de opatiōib⁹:adulteriū homicidiū furtū sunt fm se mala. Ista eniȝ q̄litercūqȝ fiant semp sunt mala ꝛ semp male fiunt.⌊Sile igit̃.⌋2ª pbat̃ ɔclo p ipossibile sic. Quia opationes ꝛ passiones pdicte fm se important malitiaȝ sicut ꝛ vitia extrema quoꝝ medietas est v̓tus:iō q in hȝ operationib⁹ ꝛ passionibus querit mediū:silis est illi qui in extremis querit mediū:vt circa hoc qd̓ est iniusta facere ꝛ timere ꝛ incōtinentē eē:sȝ incōueniēs est querere medietatē circa extrema vt circa supabūdātiā ꝛ defectū:qꝛ ipoīe est ꝙ in talibus sit medietas.nā sic supabūdantia haberet supabūdātiā ꝛ defectū ꝛ mediū:ꝛ defect⁹ haberet supabūdātiā ꝛ defectū ꝛ mediū qd̓ est ipossibile. ergo ipossibile est ꝙ in passionibus ꝛ opationib⁹ que fȝ se iportāt malitiā sit mediū laudabile aut mediū qd̓ est virtus.⌊Quēadmodū aūt.⌋3ª pbat̃ per simile in v̓tutib⁹ sic.

C Sicut v̓tutes que sunt fm se bone se hūt ad extrema:ita vitia que sunt fm se mala se hūt ad mediū:sed constat ꝙ v̓tutis nō est supabūdātia ꝛ defectus.tēperātie eniȝ ꝛ fortitudinis nō est supabūdantia ꝛ defectus:qꝛ cuȝ fm se importent mediū si eaꝝ essent extrema:sequeret̃ ꝙ extrema essent in medio ꝛ mediū in extremis qd̓ est ipossibile.g̃ p eandem rationeȝ nec illa que fm se important malitiam cuiusmodi sunt passiones ꝛ operatiōes pdicte hūt mediū laudabile.vñ vniuersaliter nullius superhabūdantie aut defectus pōt esse medietas:nec alicui⁹ medietatis potest esse supabundātia aut defectus.

Duo dubitanda. ¶ Circa illud capl'm sunt duo dubitanda.pmū est dubiū Eustratij:ꝛ est.vtrū virtus moralis cōsistat in medio inter superabundātiā ꝛ defectū

P^m dub^m Eustra. rō p^a ꝛ arguit ꝙ nō.sic nō determiatoꝝ nō est possibile assumere mediū:sed nec supabundātia nec defectus determinata sunt in passionib⁹ ꝛ opationibus:ergo ꝛc.maior pȝ ꝛ minor declarat̃.nā in audacia nō est determinatū vsqȝ q̄tū dȝ esse audacia.Silr̃ neqȝ vsqȝ quātū dȝ eē fortitudo:nec

D rō 2ª in alijs supabūdātijs ꝛ defectib⁹. ¶ Itē arguit̃ sic. Extremū repugnat rōni medij:sed bonū ꝛ maluȝ sunt extrema opationis.cū ergo virtus sit bonū:erit extremū ꝛ non mediū.

rō 3ª ¶ Itē illd̓ qd̓ tēdit ad maximū nō tendit ad mediū. sed quedā v̓tutes tendūt ad maximū:ergo ꝛc.maior pȝ.ꝛ minor appet p hoc ꝙ magnanimitas tēdit ad magnos honores:ꝛ magnificētia ad magnos sumpt⁹:ꝛ illa sunt extrema.ergo ꝛc.

P^a nō^a circa sol. ¶ Circa solonē huius dubitatiōis pono quādā distinctionē de medio que p maiori pte pōt accipi ex

Mediuȝ dr̃ multis modis. dictis Eustratij hic. Dico igit̃ ꝙ multis modis est aliquid mediū inter aliqua extrema.vno mō fm cōmistionē extremoꝝ:ꝛ sic corp⁹ mistū est mediū inter elemēta:ꝛ fuscū inter albū ꝛ nigrū. Et qd̓dā est mediū fm ablationem vel negationē extremoꝝ:ꝛ sic virtus est mediū iter duas malitias. Et qd̓dā est mediū fm appositionē:ꝛ sic aggregatū ex misto ꝛ elemēto est mediū inter mistū ꝛ elemētū:ꝛ qd̓dā est mediū fm quātitatē extremoꝝ.s.ꝙ quātū excedit̃ ab vno extremo tātū excedit reliquū.ꝛ sic sunt sex mediū inter.10.ꝛ.4. E Et qd̓dā est mediū fm eque distātiā extremoꝝ:ꝛ sic centruȝ est mediū in circulo:qꝛ equalr̃ distat a qualibet pte circūferētie. Et qd̓dā est mediū fȝ positionē:ꝛ sic glibet punctus cōtinuās ptes linee est medium inter extrema linee. Et qd̓dā est mediū fm mutationē:ꝛ sic forma impfecta est mediū inter duas formas perfectas:ꝛ sic forma spmatis est mediū inter formā aīalis gnātis ꝛ formā aīalis generati.sic ēt motus est mediū inter terminos motus. Et qd̓dā est mediū fm pticipationeȝ extremoꝝ:ꝛ sic aīa hoīs est medium inter formas oīno sepatas a mā ꝛ formas mālēs. ¶ Ulteri⁹ est sciendū ꝙ mediū qd̓daȝ est pfectius vtroqȝ extremoꝝ:ꝛ qd̓dā est mediū iperfectius vtroqȝ extremoꝝ:ꝛ qd̓dā est mediuȝ qd̓ est pfectius vno extremoꝝ ꝛ iperfectius reliquo. Nō^m 2^m Et qd̓dā est mediū eque perfectū cū vtroqȝ extremoꝝ. F Exēplū pmi.mediū fm cōmistionē est pfectius vtroqȝ extremoꝝ.nā corpus mistuȝ est perfectius q̄ȝ elemēta ex gbus cōponit̃. Et silr̃ mediū fm negationē est pfectius vtroqȝ extremoꝝ.virtus enim est pfectior vtroqȝ vitioꝝ iter que est mediū. Exemplum scd̓i:vt forma iperfecta media iter duas formas pfectas:vt motus est iperfectior formis vtrisqȝ iter quas mediat. Exemplū tertij.aliqd̓ mediū fm cōmistionē est pfectius vno extremo ꝛ est iperfectius altero:sicut fuscū est pfecti⁹ nigro ꝛ iperfectius albo. Silr̃ mediū fm quātitatē:vt numerus senarius est perfectius vno extremo ꝛ impfectius alio. Silr̃ mediū fm pticipationeȝ est pfectius vno extremo ꝛ iperfectius alio. Exēplū quarti.mediuȝ fm positionē extremoꝝ.ꝛ mediū fm eque distantiaȝ extremoꝝ est eque pfectū cum vtroqȝ extremo.

F pp delectationes venereas nō dʒ pp hoc dici ꝓdigus sed dici icōtinēs seu itēpatus: qꝛ ṽtus ꝛ vitiū nomē hʒ a fine. Videm⁹.n. multos illiberales ꝛ parcos q diuitias suas cōsumūt ꝓpter incōtinētiā q parcunt corpi suo nō audētes expendē in seipsis nec in alijs: ꝛ tn̄ pp delectatione venereā oīa sua ꝯsumūt: ꝛ manifestū est q̄ tales nō sūt ꝓdigi.

¶ Rebus aūt his quaꝝ est aliqs vsus ꝛ bn̄ vti ꝛ male ēt possum⁹. At diuitie res sūt tales. Is aūt optime re quauis vtiť q eā ṽtutē hʒ que ad reʒ illā accōmodať. Et diuitijs igiť optime iis vteť q ṽtutē eaʒ hʒ que ad pecunias attinet. Hic aūt est ipse vir liberalis: at qui sūptus qdeʒ datioqʒ pecuniaꝝ est vsus eaꝝ: acceptio ṽo ꝯseruatioqʒ possessio potius esse videť. Quocirca

G viri liberalis est poti⁹ dare qb⁹ opʒ q̄ capere vñ opʒ: ꝛ nō capere vñ nō opʒ. Est.n. ipsius ṽtutis bn̄ficia potius conferre q̄ suscipe: ꝛ honesta poti⁹ agere q̄ non agere turpia. Nō est āt obscuꝝ cū das qdē seq vt bn̄ficia conferas honestaqʒ agas: cū capis ṽo vt bn̄ suscipias aut nō turpia agas. Gratia p̄terea seqť eū q dat nō eū q nō capit: ꝛ laus ēt magis non accipe q̄ dare: hoīes eniʒ multo min⁹ erogāt sua q̄ nō accipiūt aliena: ii quoqʒ q dāt liberales dicunť: sed q nō accipiūt nō ob liberalitatē: sʒ ob iustitiā poti⁹ laudanť: qui ṽo capiūt nec laudanť valde. Liberales insuper homines maxime omniuʒ fere studiosorum amantur: prosunt enim: at id consistit in dando.

¶ Quoꝝ aūt est aliq̄ vtilitas: his enim bn̄ vti ꝛ

H male: diuitie autē sunt vtilium: vnoquoqʒ aūt optime vtiť q hʒ circa singula ṽtutē: ꝛ diuitijs aūt vteť optie q hʒ circa pecunias ṽtuteʒ. Iste aūt est liberalis. ¶ Vsus aūt vr̄ esse pecuniarū ꝯsumptio ꝛ datio. Acceptio auteʒ ꝛ custodia possessio magis. ¶ Propter qđ magis est liberalis dare qb⁹ opʒ q̄ accipere vñ opʒ: ꝛ nō accipere vñ nō opʒ. ṽtus.n. magis bn̄facere q̄ bn̄ pati ꝛ bona opari magis q̄ turpia nō operari. Nō imanifestū aūt qm̄ dationes qdē seqť bn̄facere ꝛ bona opari. acceptiōes aūt bn̄ suscipe aut nō turpiter agē. ¶ Et gr̄a danti: nō aūt nō accipienti sʒ ꝛ laus mag̃. ¶ Et facili⁹ aūt accipere q̄ dare: ꝓpriū aūt minus emittunt magis

I qʒ accipiant alienū. ¶ Sed ⁊ liberales dicunt qui dant. Qui vero nō accipiūt nō in liberalitate laudant. Sʒ nō minus in iustitia: qui aūt accipiunt neqʒ laudant multū. ¶ Amant aūt maxime liberales eorū qui in virtute: vtiles eniʒ: hoc autem in datione.

¶ Hec est 2ª pticula pme ptis: in qua determinat de opōnib⁹ liberalitatis: ⁊ vitiorū ei ↄriorū. ⁊ pmo ostēdit qꝫ circa māam liberalitatis ↄtingit bn̄ ⁊ male opari: ⁊ bn̄ opari circa diuitias est act⁹ vtutis. ⁊ male opari est opatio vitij oppositi vtuti. Prio igit ostēdit qꝫ diuitijs ↄtingit bn̄ ⁊ male vti: ⁊ hec est ↄclō 3ª ⁊ pbat sic. Oi bono vtili ad finem cōsequēdū ↄtingit bn̄ ⁊ male vti: diuitie sunt bona vtilia ad finē cōsequēdū. ɡ ⁊c. Ille aūt optime vtit diuitijs qui hʒ vtutē directiuā circa pecunias ⁊ hic ē liberalis. ¶ Dubitat hic ⁊ vi qꝫ maior hui⁹ rōnis sit falsa: qr vtus moralis est bonū vtile ad finē cōsequēdū. s. ad felicitatē ↄsequēdā. Sed tn̄ vtute morali non ↄtingit male vti: vt pʒ ex 2º hui⁹. ¶ Dōm est qꝫ vti vtute ↄtingit dupl'r. vel tanqʒ hitu a quo opō pcedit que opatio est vsus vtutis: ⁊ isto mō nō ↄtingit male vti vtute: qr a vtute nō pcedit aliq̄ mala operatio. Alio mō ↄtingit vti vtute tanqʒ obo: ⁊ sic ↄtingit male vti vtute. Cōtingit. n. qꝫ aliqs desideret vtutē pp malū finē: vt pp inanē gl'iaʒ vel pp cupiditatē acgrēdi diuitias: vn̄ maior dicte rōnis itelligit de vsu rei tanqʒ obiecti: oī bono ordiato ad finē ↄsequēdū ↄuenit vti bn̄ ⁊ male tanqʒ obto. [Usus aūt.] Proprius vsus pecuniarū vi esse ↄsumptio ⁊ datio. Accipe vo ⁊ custodire pecunias magis est eas possidere qʒ eis vti: ⁊ iō qui nō dat pecunias sed custodit eas nō vtit illis vt opʒ. [Propter qd magis.] Et cuʒ dare ⁊ accipe sint act⁹ liberalitatis: ipsi⁹ liberalis est magis dare qb⁹ opʒ qʒ accipe vn̄ opʒ: ⁊ nō accipe vn̄ nō opʒ. Et hec est ↄclō 4ª ⁊ pbat p qnqʒ rōnes. Pria est hec. Ad vtutē magis ptinet bn̄facere qʒ bn̄ pati ⁊ bona opari magis qʒ turpia nō opari. sed ex h qꝫ aliqs dat qbus opʒ facit bn̄: ⁊ ex hoc qꝫ accipit vn̄ opʒ bn̄ patit. igit ad liberalē magis ptinet dare qb⁹ opʒ qʒ accipe vn̄ opʒ. [Et gr̄a danti.] 2º pbat eadē ↄclō sic. Opōni vtutis debet laus ⁊ grarū actio: circa illud igit magis est vtus pp qd magis tribuit laus ⁊ grarū actio: sed pp dationē magis tribuit laus ⁊ grarū actio qʒ pp acceptionē: iō ipsius liberalis est magis dare qʒ recipe. [Et facili⁹.] 3º pbat ↄclō sic. Circa illud magis est vtus qd est magis difficile. nā vtus est circa bonū ⁊ difficile: vt pʒ ex pcedē lib⁹. sʒ difficili⁹ est dare qʒ accipere. Minus eniʒ parati sum⁹ emittere ppriū qʒ accipe alienū: iō ad liberalitatē magis ptinet dare qʒ accipe. [Sʒ ⁊ liberales.] 4º pbat eadē ↄclō ex cōi mō loquēdi sic. Circa illa magis est liberalitas p qb⁹ hoies magis dicunt liberales. sed pp dare magis dicunt aliq liberales qʒ pp accipe vel nō accipe: ⁊ pp dare laudant de liberalitate. Qui eni nō accipiūt inordinate nō multū laudant de liberalitate: sed magis de iustitia. igit liberalitas pncipalissime vi esse circa dationes. [Amant aūt.] 5º pbat idē sic. Circa illud magis est liberalitas p quo liberalis magis amat. sʒ magis amat liberalis: qr dat qʒ qr accipit vel nō accipit. igit liberalitas est magis circa dationes qʒ circa acceptiones. Maior pʒ de se: ⁊ minor declarat p h qꝫ sicut dicit Phs: inter vtuosos liberales maxie amant: qr maxie sunt vtiles: sʒ tales sunt alijs vtiles pp hoc qd dant: sed nō pp hoc qd accipiūt. igit liberalis magis amat: qr dat qʒ qr accipit vel qr nō accipit. ¶ Notādū qꝫ liberales maxie amant amicitia que est pp bonū vtile: sed nō amant maxie amicitia que est pp bonū honestum: qr sic liberalitas esset maxima ⁊ principalissima virtus: qd est falsum.

3ª cōclō hui⁹ q̄rti libri.

K Dubiuʒ

Solo. Qn vti vtute ↄtingit 2r

L

4ª cōclō hui⁹ q̄rti libri.

M

Nōn⁹

¶ Oēs aūt actus virtutū honesti sunt ⁊ honestatis cā fiunt. Et liberalis igit honestatis cā dabit ⁊ recte. Dabit eniʒ qbus opʒ ⁊ quot opʒ ⁊ cum opʒ: ceteraqʒ oia obseruabit que dandi actū rectū sequunt: ⁊ ēt cū voluptate vel sine vllo dolore: id. n. qd per vtutē efficit efficit voluptate: aut fit cū indolētia sane: minime vo affert dolorē. At is q dat qb⁹ nō opʒ: aut nō honestatis gratia: sed ob aliquā aliā cām nō liberalis: sʒ alius qdā dicet: ⁊ itidē is q dando dolet: honestis. n. actib⁹ talis pecunias anteponet: qd qdē nō est liberalis. At vo neqʒ capiet vn̄ nō opʒ: talis. n. acceptio nō est eius q pecunias nō magnifacit. Nec ēt ad postulandū ppensus erit: facile nāqʒ suscipere bn̄ficia non est hoīs bn̄ficia cōferentis. Veruʒ vn̄ opʒ accipiet: ex proprijs inquā rebus: nō qr idipsuʒ honestū sit sed qꝫ necessariū vt donare possit. At neqʒ res suas negliget: qppe cū p illas qbusdā affectet opez afferre. Neqʒ qbusuis dabit: vt qb⁹ opʒ ⁊ qn̄ ⁊ vbi ē honestū donare possit. N

O

¶ Que aūt scdm vtutē opōnes bone: ⁊ boni gr̄a: ⁊ liberalis dabit boni gr̄a: ⁊ recte: qb⁹ eniʒ opʒ ⁊ qn̄ ⁊ quecūqʒ opʒ: ⁊ alia quecūqʒ sequunt ⁊ recte dationē. ¶ Et hoc delectabiliter vel sine tristitia. Q ō eniʒ scdm vtutē delectabile vel nō triste vel minime triste. ¶ Qui aūt dat qb⁹ nō opʒ: vel nō boni gr̄a: sed pp̄ter quādā aliam causaʒ nō liberalis sed alius qs dicet. ¶ Neqʒ qui tristis: magis eniʒ vtiqʒ diligit pecunias qʒ bonā opōnē. Hic aūt nō liberalis. ¶ Neqʒ accipiet vn̄ nō opʒ: neqʒ eniʒ est nō honorātis pecunias ppriū talis acceptio. ¶ Neqʒ vtiqʒ erit petitiuus: nō eniʒ est bn̄facientis alijs vt sibi bn̄ fiat facil'r. ¶ Vn̄ aūt oʒ accipiet puta a proprijs possessionibus: nō vt bonū: sʒ vt necessariū: vt habeat dare. Neqʒ negliget ppria volens per hoc quibusdā sufficere: neqʒ qbuslibet dabit vt habeat dare qbus opʒ: ⁊ qn̄ ⁊ vbi bonum. 2ª ps. c.

P

¶ Hec est 2ª ps pncipalis hui⁹ capl'i: in qua ostēdit scdm q̄s circūstātias opʒ liberalē dare ⁊ nō dare ⁊ scdm quas: ⁊ vn̄ opʒ liberalē accipe ⁊ nō accipere: ⁊ que sunt pprietates liberalis: ⁊ cōtinet duas pticulas. In pª declarat que sūt circunstātie opōnuʒ liberalitatis. In 2ª ibi [Liberalis aūt.] ponunt pprietates liberalis. In pª igit pticula pmo ostēdit qualis est liberalis datio q̄ est pcipuus actus liberalitatis. 2º ostēdit q̄lis dʒ esse actus scdarius liberalis. s. acceptio liberalis. De datiōe aūt liberalis ostēdit duo. Primū est qꝫ liberalis est q dat qbus opʒ ⁊ quātū opʒ ⁊ qn̄ opʒ ⁊ cuius gr̄a opʒ: ⁊ sic de alijs circūstātijs. 2º ostēdit qꝫ datio liberalis dʒ esse delectabilis vel sine tristitia. Primo igit ostēdit qꝫ liberalis dat boni gr̄a. ⁊ rōne qb⁹ opʒ ⁊ qn̄ opʒ: ⁊ sic de alijs circūstātijs: ⁊ hec est ↄclō 5ª ⁊ pbat sic. Operatio cuiuslibet vtutis est bona ⁊ recta rōne regulata: vt pʒ ex 2º hui⁹. ɡ datio que est pcipuus act⁹ liberalis est bona ⁊ recta rōne regulata: sʒ scdm rectā rōnē dandū est boni gr̄a. ⁊ qb⁹ opʒ / ⁊ que opʒ / ⁊ qn̄ opʒ: ⁊ sic de alijs circūstantijs. ergo liberalis dat qbus opʒ ⁊ quātū opʒ: iō ⁊c. [Et h delectabil'r.] Scdo ostēdit qꝫ datio liberalis dʒ esse delectabilis ⁊ sine tristitia. Et hec est ↄclō 6ª ⁊ pbat sic. Ois actus virtuosus est delectabilis vel sine tristitia vel si opʒ tristitiam

Q

5ª ↄclō hui⁹ q̄rti libri.

6ª ↄclō hui⁹ q̄rti libri.

A tristitiam admisceri illa est minima tristitia per cõparatione ad actus aliorum hominũ sicut supra dcm̃ est de forti: qui si in aliquo actu suo nõ multũ delectet̃: tñ minime tristat̃ inter oẽs q hõ picula sustinẽt: cum igit̃ datio liberalis sit act⁹ virtuosus seqt̃ ꝙ datio liberalis dꝫ esse delectabilis vel sine tristitia. [Qui aũt dat.] Ille dationes qb⁹ desũt debite circũstãtie nõ ptinent ad liberalẽ vt dare qbus nõ opꝫ vel nõ boni grã. qui enĩ nõ dat boni grã: sed pp aliam cãm nõ dĩ liberalis: sꝫ denoiat̃ a fine pp quẽ dat. [Neqꝫ qui triste.] Ille qui dat cũ tristitia nõ est liberalis: ⁊ hec est

7ª cõclo huius quarti libri. cõclusio 7ª ⁊ pbat̃ sic. Qui magis diligit pecunias q̃ operationes v̾tuosas nõ est liberalis: sed ille q dat cũ tristitia magis diligit pecunias q̃ opõnes v̾tuosas: iõ qui dat cum tristitia nõ est liberalis. datio igit̃ liberalis dꝫ esse debitis circunstantijs vestita ⁊ dꝫ esse delectabilis ⁊ sine tristitia. [Neqꝫ accipiet vñ nõ opꝫ.] Viso qualis dꝫ esse datio liberalis que est pncipalis act⁹ docet q̃lis dꝫ esse act⁹ scdarius

B

8ª cõclo huius quarti libri. ipsius liberalis. s. acceptio ei⁹. vñ dicit ꝙ liberalis nõ accipiet vñ nõ opꝫ: ⁊ hec est ɔclo 8ª ⁊ pbat̃ sic. Ille q nõ multũ honorat pecunias nõ accipit vñ nõ opꝫ: sꝫ liberalis nõ multũ honorat pecunias: iõ ⁊c. [Neqꝫ vtiqꝫ erit.] Nec est

9ª cõclo huius quarti libri. liberalis prompt⁹ ad petẽdũ: ⁊ hec est ɔclo 9ª que pbatur sic. Ille q est pmptus ad bñfaciendũ ⁊ donãdũ nõ de facili vult petere bñficiũ ab alio: sed liberalis est pmptus

Nõ[m] ad bñfaciendũ donando: iõ ⁊c. ¶ Circa maiorẽ est sciendum sicut in nãlib⁹: illud qd est multũ actiuũ est parũ passiuũ vt pꝫ de igne: ita est in moralib⁹ ꝙ q est multũ actiu⁹ est parũ passiuus: sꝫ bñfacere donãdo est facere: ⁊ recipere bñficia ab alio est pati: ⁊ p ɔñs liberalis de facili nõ vult recipere bñficia ab alio: ⁊ p ɔñs nõ est pmptus ad petendũ illa: ⁊ sic liberalis vitat duo. s. recipere vñ nõ opꝫ ⁊ bñ

C ficia ab alio petere. [Vñ aũt.] In recipiẽdo liberalis obseruat tria. pm̃ est ꝙ liberalis solũ accipit vñ opꝫ. s. a proprijs passionib⁹ nõ qꝛ querit pecuniã tanq̃ per se bonũ: sꝫ quasi necessariũ ad dandũ. 2m̃ est ꝙ liberalis nõ negligit ppria bona. vñ curã hꝫ de proprijs bonis vt habeat vñ dare possit. 3m̃ est ꝙ liberalis nõ dat oĩa que hꝫ: sed retinet quedã ita ꝙ dare possit qbus opꝫ loco ⁊ tẽpore debitis.

¶ Ad hoiem preterea liberalẽ ptinet ĩprimis vt in dando adeo exuperet: vt sibiipsi pauciora relinquat: est enĩ liberalis nõ ad seipsũ respicere: at. n. p facultatibus ipsa liberalitas dĩ. Liberalis. n. actio nõ in multitudine rerũ que dant̃: sed in habitu dantis ɔsistit. Hic aũt p facultatib⁹ erogat. Nihil igit̃ phibet eũ magis esse liberalẽ qui pauciora donat: si mõ minores ei sint facultates. Magis aũt ii liberales sunt q nõ compara

D runt sibi facultates: sed ab alijs acceperũt: nec eni experti sunt indigẽtiã ⁊ opera oẽs sua amãt: vt parẽtes atqꝫ poete. At vero facile nõ est liberalẽ diuitẽ eẽ qppe cũ nõ sit ad capiendũ ⁊ cõseruandũ: sed ad erogandũ pclivis: nec magni per se faciat ipsas pecunias: sed cã dandi. Quapp ⁊ accusat̃ fortuna qd hoies ii q maxie sunt digni minime sunt locupletes. Accidit aũt idipsum nõ sine rõne: fieri. n. nõ põt vt is pecunias habeat qui nõ adhibet diligẽtiã vt habeat ipsas: quẽadmodum ⁊ ceteris in rebus fieri solet: attamen nõ dabit qbus nõ opꝫ: neqꝫ qñ nõ opꝫ: ⁊ de ceteris talibus silĩ mõ. Non enĩ ageret liberalitatis ipsi⁹ lege: ⁊ cõsumptis ad hec ipsa fortunis ad ea q̃ opꝫ: ⁊ cũ opꝫ sumptus facere dareqꝫ nõ posset. Etenĩ is est vt paulo ante diximus liberalis: q p facultatibus erogat ⁊ in qbus opꝫ.

¶ Liberalis aũt est vehemẽter ⁊ superabundare in datiõe vt derelinquat sibiipsi minora. Nõ

E respicere enim ad seipsum liberalis. ¶ Scdm substantiã vtiqꝫ liberalitas dĩ: nõ enĩ in multitudine datorũ qd liberale sed in dantis habitu. hic aũt scdm substãtiã dat. Nihil aũt phibet liberaliorẽ esse minora dantem si a minoribus det. ¶ Liberaliores aũt esse vident̃ nõ possidẽtes: sed accipientes substãtiã. Inexperti enim indigentie: ⁊ oẽs diligũt magis sua opera: vt parẽtes ⁊ poete. ¶ Ditari aũt nõ facile est liberalẽ: neqꝫ acceptiuũ existẽtẽ: neqꝫ custoditiuũ emissiuũ autẽ: ⁊ nõ honorantẽ pp ipsas diuitias: sꝫ

F gratia dationis. ¶ Propter qd ⁊ accusant fortunam: qm̃ maxie digni existẽtes nequaq̃ ditant̃. Cõtingit aũt nõ irrõnabilr hoc: nõ enĩ possibile pecunias habeat nõ curantẽ vt habeat quẽadmodũ neqꝫ in alijs: nõ tñ dabit qb⁹ nõ opꝫ neqꝫ qñ nõ opꝫ neqꝫ quecũqꝫ alia talia. Nõ enim vtiqꝫ ad hec cõpabit̃ scdm liberalitatẽ ⁊ in hec ɔsumẽs: nõ vtiqꝫ hẽbit i q̃ opꝫ ɔsumẽ: quẽadmodũ. n. dcm̃ est: liberalis est q scdm subaꝫ expẽdit ⁊ in q̃ opꝫ.

¶ Hec est 2ª pticula 2ª ptis: in qua ponunt̃ pprietates liberalis que sunt 4or. pma est ꝙ liberalis vehemẽter superabũdat in dandoita ꝙ datio in ipso excedit retẽtionẽ. nam minus relinqt sibi ⁊ plus dat alijs. Nõ enĩ intẽdit libera

G lis sibi soli sed paucis in seipso est cõtẽtus. [Scdm substantiam vtiqꝫ.] 2ª pprietas est ꝙ liberalitas cõmẽdat̃ scdm pportionẽ substãtie. i. diuitiarũ. nõ enĩ iudicat̃ aliqs liberalis ex multitudine donorũ. sed ex habitu. i. facultate ⁊ volũtate dantis. vñ nihil phibet ꝙ ille liberalior sit q minora dat ⁊ hoc si a minorib⁹ diuitijs det. [Liberaliores aũt.] 3ª pprietas liberalis est ꝙ illi q suscipiũt diuitias ab alijs sũt magis liberales q̃ illi q pprio labore eas acqrũt: ⁊ hec est

ɔclo 10ª ⁊ pbat̃ dupl̾r. Prio sic. Illi qui suscipiũt diuitias a parẽtib⁹ vel ab alijs nũq̃ expti sunt idigẽtiã: ⁊ iõ nõ timent indigẽtiã nec timent expẽdere sicut illi q aliqñ experti sunt paupertatẽ: ⁊ hec est pma rõ. 2ª rõ est ista. Oẽs naturalr̃ diligũt opa sua sicut parẽtes diligunt filios suos ⁊ poete sua poemata. sed illi q pprio labore acqrũt diuitias reputãt eas q̃si sua opa: ⁊ iõ magis diligũt eas: ⁊ p ɔñs magis volũt eas ɔseruare. [Ditari aũt.] 4ª pprietas libera 10ª cõclo huius quarti libri.

H lis est ꝙ nõ est facile liberalẽ ditari: ⁊ hec est ɔclo 11ª ⁊ pbat̃ dupl̾r. Primo sic. Qui nõ est acceptiuus diuitiarũ nec custodit eas sed magis emittit dando ⁊ expendendo eas nõ põt faciliter ditari. sed liberalis nõ de facili accipit diuitias ab alijs nec multũ custodit eas: sꝫ magis eas expendit. igit̃ nõ est facile liberalẽ ditari. [Propter qd.] Idẽ manifestat̃ per qddã signũ tale: qꝛ enim liberales nõ de facili sunt diuites: iõ hoies vulgares accusant fortunã cum non attribuit diuitias illis qui maxie sunt digni hẽe diuitias. s. liberalib⁹: ⁊ hoc est signũ ꝙ liberales nõ de facili ditant̃: sꝫ dicit Phs ꝙ hoc nõ irrõnabilr̃ accidit: qꝛ nõ est possibile vel nõ facile ꝙ hõ habeat pecunias qui nõ multũ curat hẽre eas: nõ. n. est facile ꝙ hõ habeat bonum de quo nõ curat. [Nõ tñ dabit.] Sed q̃uis libalis nõ multũ curet de diuitijs: nõ tñ dabit qbus nõ opꝫ nec qñ non opꝫ: ⁊ sic de alijs circũstãtijs: qꝛ sic operatio sua nõ esset liberalis. ⁊ sic etiã impediretur ab operatione liberali dum inutiliter consumens non haberet quid oporteret consumere. 11ª cõclo huius quarti libri.

I ¶ Qui vero exuperat pdigus est. Quocirca tyrãnos p-
digos nõ dicimus: non enim facile videtur esse dãdo
ac erogando tantã rex quas habent copias exupare.
3ª ps ca. ¶ Qui autẽ supabundat pdigus: ppter qd ty-
rannos non dicimus pdigos: multitudo enim
possessionis non videtur facile esse dationibus
& expensis superabundare.
¶ Hec est 3ª ps pncipalis hui9 capli: in qua phs determi-
nat de pdigo & ptinet tres pticulas. In pma qz manifestũ
est que sit mã vel obm pdigalitatis determinat de actib9
simplr pdigi & hoc absolute. In 2ª ibi [Dictũ est aũt a no
bis.] Determinat de pdigo simplr in cõparatione ad illibe
ralẽ. In 2ª ibi [Sed multi pdigox.] Determinat de eo q
K est prim pdigus & ptim illiberalis. Pria pticula continet
tres ptes. In pª ostẽdit respectu cuius pdigus supabun-
dat. In 2ª ibi [Liberalitate vtriqz.] Ad cõgnoscẽdũ actus
simplr pdigi resumit ea q dicta sunt de actibus liberalis
qz opposita iuxta se posita magis apparẽt. In 3ª ibi [Pro-
digus aũt.] ostendit q sunt act9 pdigi simplr. In pª igitur
pte pme pticule narrat respectu cui9 pdigus supabũdat: &
dicit q cuz aliqs dicat liberalis ex hoc q expẽdit fm p-
portionẽ sue subẽ, prodigus est q supabũdat pportionem
sue sube dando vel expendẽdo. vñ pdigus dr esse super-
abũdans in dando & expendẽdo respectu pportionis sue
sube. & ppter hoc tyrãni nõ sunt pdigi: qz tyrãni in expen
dendo nõ supabũdant pportionẽ sube suax diuitiax: qz
enim tyrãni oĩa que sunt sibi cõĩa vsurpant pp indeficiẽ-
tez supabũdãtiã diuitiax nõ superabũdant in expẽdẽdo
fz pportionẽ suax diuitiax: & hoc est verũ vt cõmuniter.
L Qñqz tñ põt cõtingere q tyrannus in expendẽdo super-
abũdet pportionẽ diuitiax totius cõmunitatis.
¶ Cũ igit liberalitas mediocritas sit circa dandas ca-
piendasqz pecunias: liberalis dabit in qb9 opz & quot
opz: tã in paruis q̃ ẽt in magnis: atqz cũ voluptate: &
accipiet vñ opz & quot opz: nam cũ vtus circa vtrũqz
sit mediocritas: vtrũqz faciet vt opz: seqt eniz datio-
nem bonã talis acceptio. Ea vero que nõ est talis ptra-
ria est. Hec igit que sequunt fiunt in eodẽ siml: cõtrarie
vero nõ fiunt. Qz si preter id qd opz & bñ sese hz ptigerit
ipz pecunias erogare: dolebit sane: moderate tñ & vt
opz: ad vtutẽ eniz ptinet vt p qb9 opz & vt opz volu-
ptas fiat ac dolor. Est ẽt in reb9 pecuniarijs leuis so-
cius ipse vir liberalis: põt eniz iniuriã pati qñqdẽ pe-
M cunias nõ multifacit: magisqz moleste fert siqd cũ opz
nõ erogauerit: q̃ dolet siqd cũ non oporteret eroga
uerit. Simonidisqz sniam nõ probat.
¶ Liberalitate vtriqz medietate existẽte circa pe
cuniax dationẽ & acceptionẽ: liberalis & dabit
& expendet in que opz & quecunqz opz. Silr
in paruis & magnis: & hoc delectabilr. ¶ Et
accipiet silr vñ opz & quecunqz opz: vtute eni
circa ambo existẽte medietate faciet vtraqz vt
opz. ¶ Sequit eniz decentẽ dationẽ talis acce
ptio: nõ talis aũt cõtraria est. Sequẽtes quidez
igit fiunt simul in ipso: cõtrarie aũt manifestuz
qd nõ. ¶ Si aũt preter opportunuz: & bñ hñs
cõtingat ipm consumere: tristabit. Moderate
autẽ & vt opz: vtutis eniz & delectari & tristari
qbus opz & vt opz. Sed & bñ cõmunicatiuus N
est liberalis in pecunijs: põt eni iniusta pati nõ
honorans pecunias. ¶ Et magis grauatus si-
qdẽ qd opz nõ psumpsit q̃ tristat9 si nõ oppor
tunũ aliqd psumpsit: & simonidi nõ placens.
¶ Hec est 2ª pars pme pticule: in qua ad cognoscẽdũ act9
pdigi resumit que dicta sunt de actu liberalis: nã opposi-
ta per opposita cognoscunt. & pmo resumit q dicta sũt de
pncipali actu liberalis & delectatione in illo actu. 2º resu-
mit qũo liberalis se hz ad actũ scdariũ. s. ad tristitiã & de-
lectationẽ circa illũ actũ. Dicit g pmo q cũ liberalitas sit
quedã medietas circa dationẽ & acceptionẽ pecuniarũ li-
beralis accipit tot pecunias dãdo & exponẽdo fm rõnem O
rectã. s. dãdo que opz & qb9 opz & gra cui9 opz: & sic de alijs
circũstãtijs: & sic faciet tã in magnis expẽsis q̃ in puis: & p
h differt liberalis a magnifico q tñmõ est circa magna &
hoc facit liberalis delectabilr: & per hoc differt liberalis
ab illiberali q in emissione pecuniaruz tristat. [Et accipit
vñ opz.] Liberalis ẽt in accipiendo obseruat quecũqz in
accipiẽdo opz obseruari: & hec est pclo 12ª & pbat dupl r. 12ª pclo huius liba.
Primo sic. Liberalis ez mediũ circa vtrũqz. s. circa acce-
ptionẽ & dationẽ: sz vtuosus obseruat quecũqz opz obser-
uari circa illa respectu quox ẽ mediũ. g liberalis in acci-
piendo obseruat quecunqz opz in accipiendo obseruari.
[Sequit. n. decẽte.] 2º pbat sic. Liberalis in dãdo obser
uat q̃cũqz opz obseruari vt visũ est ex pcedẽtib9: sz decẽs
datio q est in obseruãdo quecũqz opz in dãdo obseruari:
& decẽs acceptio q est in obseruãdo quecũqz opz in acci-
piẽdo obseruari psequunt se puertibilr. igit cuz liberalis
in dãdo obseruet quecũqz opz in dando obseruari: sequit P
q liberalis in accipiẽdo obseruat q̃cũqz opz in accipiẽdo
obseruari. Qz aũt decẽs datio & decẽs acceptio psequant
se: põt pbari p hoc q si aliqs decenter & recte dat seqt q
decẽter & recte accipit qñ accipit: qz oppositũ psñs repu-
gnat antecedẽti: qz acceptio nõ decẽs ẽ pria decẽti datio-
ni: qz ex prijs causis pcedũt: nã decẽs datio pcedit ex h
q hõ pfert bonũ rõnis cupiditati pecunie: sz acceptio nõ
decẽs puenit ex hoc q hõ cupiditatẽ pecunie pponit bo-
no rõnis que nõ pñt esse siml in eodẽ: & iõ decẽs datio & de-
cens acceptio qz sese cõsequunt simul in liberali & caruz
pria. s. datio & acceptio: quax vna est decens & altera inde-
cens nõ sunt in liberali. ¶ Lincoñ. dicit hic q nõ decens
acceptio est pria decenti dationi: qz de male acceptis nul-
lus bñ dabit. [Si aũt pter opportunũ.] Viso qualr libera
lis se hz in dando & accipiẽdo: ostẽdit qualr liberalis se hz
circa tristitiã in retẽtione idebita pecunie: & dicit q si cõ- Q
tingat liberalẽ de suis diuitijs psumere pter ordinẽ ad fi-
nẽ optimũ vel q̃litercũqz psumat pter rõnẽ rectã: tũc tri-
stat: tñ circa illã tristitiã modũ rõnis obseruat vt. s. tristi
tia sit moderata fm qd opz. nã ad vtutẽ pertinet q aliqs
delectet & tristet in qb9 opz & fm qd opz: põt ẽt liberalis
absqz tristitia sustinere q aliqs ei iniuriet in pecunia eo
q eã nõ multũ appreciat. [Et magis grauatus.] Circa in-
debitaz retentionez pecunie magis est grauatus. i. tristat
liberalis si nõ psumpserit dãdo & expẽdẽdo: qd opz cõsu-
mere q̃ si cõsumpserit aliqd qd nõ oportebat cõsumere:
& huius cã est: qz magis ad ipsum pertinet dare q̃ accipe-
re vel conseruare: q̃uis hoc nõ placet Simonidi hoc est
cuidam poete qui dicebat contrariũ oportere fieri.
¶ Prodigus aũt & in his ipsis delinquit: nec eniz letat
nec dolet p qbus oportet: & vt oportet: atqz hoc ma-
gis patebit per ea que deinceps dicemus.
¶ Prodigus autem & in his peccat: neqz enim
delectatur

A delectaꝛ in quibus opꝫ. Neqꝫ tristatur vt opꝫ. Erit aūt ꝓcedētibus manifestius.

¶ Hec est 3ª ps p̄me pticule tertie partis p̄ncipalis: in qua ph̄s narrat q̄ sunt actus simplr̄ ꝓdigi: ꝛ dicit ꝙ in oībus p̄dictis ꝓdigus peccat nō solū in dādo ꝛ accipiēdo: ſꝫ etiā in delectādo ꝛ tristando: qꝛ nec delectaꝛ in q̄bꝰ opꝫ neqꝫ ſm qḋ opꝫ: ꝛ sic de alijs circūstātijs: ꝛ hoc erit magis manifestū in sequētibꝰ. Oēs igiꝛ hꝫ sunt actus ꝓdigi. s. dare q̄ nō opꝫ ꝛ q̄bus nō opꝫ: ꝛ sic de alijs: ꝛ accipe q̄ nō opꝫ ꝛ vñ nō opꝫ ꝛc̄. gaudere ꝛ tristari qñ nō opꝫ: ꝛ ḋ q̄bꝰ nō opꝫ ꝛc̄.

¶ Diximus aūt exuperationē q̄dē eē ꝓdigalitatē. Defectū aūt illiberalitatē ꝛ in his duobꝰ: in datione atqꝫ acceptione: ꝛ sūptū. n. in datiōe ponimꝰ. Prodigalitas

B igiꝛ in dando q̄dē: ꝛ nō in capiēdo exuperat: in capiēdo aūt deficit. At illiberalitas ac auaritia deficit q̄dē in dando: exuperat aūt in capiendo: in ꝑuis tamen.

¶ Dictū aūt est nobis: qm̄ sup̄abundātie ꝛ defectus sunt ꝓdigalitas ꝛ illiberalitas: ꝛ in duobus in datione ꝛ acceptione: ꝛ expensas in datiōe ponimus. Prodigalitas q̄dēꝫ igiꝛ in dādo ꝛ nō accipiendo sup̄abūdat: in accipiendo aūt deficit. Illiberalitas aūt q̄dē igiꝛ in dādo deficit: in accipiēdo aūt sup̄abūdat: nisi in paruis.

¶ Hec est 2ª pticula tertie ptis p̄ncipalis: in qua ph̄s determinat de ꝓdigo simplr̄ in cōparatione ad illiberalē. ꝛ cōtinet duas ptes. In p̄ª determinat de oppōne ꝓdigalitatis ꝛ illiberalitatis ad inuicē. In 2ª ibi [Que q̄dē igiꝛ ꝓdiga-

C litatis.] Determinat de ꝓdigalitate in cōpōne ad illiberalitatē quātū ad quātitatē peccati. Primo ergo dicit ꝙ sicut p̄dictū est ꝓdigalitas ꝛ illiberalitas opponūtꝛ ſꝫ sup̄abūdantiā ꝛ defectū circa dationeꝫ ꝛ acceptionem pecuniaꝝ: nā expēſe que ad liberalē ptinēt cōprehēdūtꝛ sub datione: vterqꝫ eniꝫ istoꝝ tā ꝓdigus q̄ꝫ illiberalis sup̄abūdat ꝛ deficit: ꝓdigus enim sup̄abūdat in dādo ꝛ deficit in accipiēdo: ſꝫ illiberalis deficit in dādo ꝛ sup̄abūdat in accipiēdo nisi forte in ꝑuis q̄ illiberalis dat ꝛ nō curat accipe.

¶ Prodigalitatis igiꝛ illa duo nō nimiū sil̄ persistunt: nō est eniꝫ facile nulla ex pte capientē cunctis donare: cito nāqꝫ deficiūt patrimonia priuatoꝝ hoīuꝫ erogantiū: q̄ q̄dē ꝛ ꝓdigi sunt. Atqꝫ talis nō paꝝ melior videbiꝛ esse illiberali: ꝛ ab etate eniꝫ ꝛ ab egestate facile curari: ꝛ ad mediocritatē accedere pōt: nā hꝫ ea q̄

D sunt hoīs liberalis: dat. n. ꝛ nō accipit: q̄ꝫ q̄ꝫ neutrū facit vt oportet ac recte: ꝙ si ad hoc assuescat vl̄ aliquo alio mō muteꝛ fiet vtiqꝫ liberalis: eteniꝫ dabit q̄bus opꝫ ꝛ capiet vñ opꝫ. Quapp̄ ꝛ vr̄ nō eē moribꝰ prauꝰ: nō est enim iprobi: nec ingenerosi taꝫ in dando: q̄ꝫ in nō capiēdo exuperare: stolidi tn̄. Qui v̄o hoc mō est ꝓdigus multo melior est illiberali atqꝫ auaro: cuꝫ ob ea que dicta sunt: tū quia ꝓdigus q̄deꝫ compluribus ꝓdest. illiberalis aūt nemini: ne sibiipsi quidem.

¶ Que q̄dē igiꝛ ꝓdigalitatis nō multū coaugētur: nō enim facile ex nulla pte accipiētē oībus dare: velociter eniꝫ derelinquit substātia dantes idiotas: qui ꝛ videntꝛ ꝓdigi esse. Quare talis videbiꝛ vtiqꝫ nō parū melior esse illiberali.

¶ Bñ sanabilis eniꝫ est ꝛ ab etate ꝛ ab egestate. ¶ Et ad mediū pōt venire: hꝫ eniꝫ que liberalis: eteniꝫ dat ꝛ nō accipit. Neutrū aūt vt oꝫ:

E neqꝫ bñ. Si vtiqꝫ ad hoc assuescat vel aliquo alio modo transmuteꝛ: erit vtiqꝫ liberalis: dabit enim q̄bus opꝫ ꝛ accipiet vñ opꝫ: ꝛ nō accipiet vñ nō opꝫ. ꝓpter qḋ ꝛ videꝛ esse nō oīno prauus ſm morē: non enim mali neqꝫ inuitilis superabundare dantē ꝛ nō accipientem. Insipientis autem. ¶ Scḋm hunc autem modum ꝓdigus multum videꝛ melior illiberali esse ꝛ ꝓpter ea que dicta sunt: ꝛ qm̄ hic quidē ꝓdest multis: hic autem nulli: sed neqꝫ sibiipsi.

F ¶ Hec est 2ª pars scḋe pticule tertie ptis p̄ncipalis: in qua cōparat ꝓdigalitatē ꝛ illiberalitatē ad inuicē ſm quātitatē peccati: ꝛ intēdit hic ꝓbare 13ᵐ ꝯnēꝫ que est: ꝙ ꝓdigus est melior illiberali: que sic intelligiꝛ ꝙ ꝓdigus est minus malus q̄ꝫ illiberalis. ꝛ ista ꝯclō sic intellecta ꝓbaꝛ q̄drupl̄r. Primo sic. Ille cuiꝰ malitia nō multū augeꝛ est minꝰ malus q̄ꝫ cuiꝰ malitia multū ꝛ de facili augeꝛ ſꝫ vitiū ꝓdigi nō multū augeꝛ ꝛ vitiū illiberalis multū ꝛ de facili augeꝛ: iḋ ꝓdigus est minꝰ malus q̄ꝫ illiberalis. Maior pꝫ de se ꝛ minor declaraꝛ quātū ad p̄mā ptē: qꝛ scḋa ps vr̄ manifesta. Pria ps minoris est ꝙ ꝓdigalitas nō multuꝫ nec de facili augeꝛ: ꝛ hec pꝫ per h̄: qꝛ illa que ptinēt ad ꝓdigalitatē nō pñt augeri. s. ꝙ aliq̄s oībꝰ sup̄flue det ꝛ ex nulla pte accipiat: qꝛ subā idest diuitie velociter deserūt eos q̄ dant indiscrete q̄bus nō opꝫ: vt idiote: tales enim videntꝛ ꝓdigi. vñ breuiter qꝛ opōnes ꝓdigi. s. dare oībus ꝛ ex G nulla pte accipe nō pñt augeri: qꝛ diuitie nō sufficiūt ad hoc: ꝛ ideo ꝓdigalitas nō pōt multū augeri. Et alia ps minoris vr̄ esse manifesta. s. ꝙ illiberalitas multuꝫ ꝛ facilr̄ pōt augeri: qꝛ facile est recipere ꝛ nulli dare q̄ ptinēt ad illiberalitateꝫ. [Bene sanabilis.] 2º ꝓbaꝛ sic. Ille q̄ est bñ ꝛ de facili sanabilis a suo vitio est minus malus q̄ꝫ ille qui est insanabilis: sed ꝓdigus est sanabilis ꝛ illiberalis insanabilis aut de difficili sanabilis a suo vitio. igiꝛ ꝓdigus est minus malus q̄ꝫ illiberalis. Maior est manifesta ꝛ minor pꝫ quātū ad vtrāqꝫ suī ptē. Prodigalitas eni de facili est sanabilis: qꝛ duobus modis est sanabilis. s. ab etate ꝛ ab egestate. ab etate q̄dē: qꝛ quāto magis aliq̄s accedit ad senectutē tāto fit pronior ad retinendū ꝛ nō dandū: qꝛ eniꝫ diuitie appetuntꝛ: vt per eas humanis defectibꝰ subueniamꝰ opꝫ ꝙ quāto magis aliq̄s sentit se deficere tanto fit ꝓnior ad retinēdū ꝛ ad nō dandū: ꝛ ita ꝓdigalitas est sanabilis H etate: etiāꝫ est sanabilis egestate q̄ ex ꝓdigalitate ꝓuenit: nā egestas ipedit ꝓdigalitatē duplr̄. s. ꝓpter ipotentiam dandi ꝛ pp̄ experiētiā defectus: ꝛ sic pꝫ p̄ma ps minoris. ꝛ 2ª pars pꝫ ex eodē: qꝛ illiberalitas ꝓuenit ex hoc ꝙ hō timet ꝙ diuitie q̄bus hō in esse cōseruaꝛ sibi deficient pp̄ ipotentiā ad acq̄rendū eas que ipotentia accidit ex defectu ꝛ ex senectute: ꝛ ideo quāto hō magis senescit tāto fit magis illiberalis: ꝛ ideo nālr̄ illiberalitas cōtinue crescit in hoīe sicut ꝛ senectꝰ: vñ dicunt auctores ꝙ alijs vitijs senescentibꝰ sola illiberalitas siue cupiditas iuuenescit: ꝛ iḋ illiberalitas est oīno insanabilis vel de difficili sanabilis. [Et ad mediū pōt venire.] Tertio ꝓbaꝛ eadem ꝯclō sic. Ille q̄ magis de facili pōt reduci ad mediū v̄tutis est melior seu minus malus: ſꝫ ꝓdigus pōt magis de facili reduci ad mediū v̄tutis q̄ꝫ illiberalis: iḋ ꝛc̄. Maior patet de se ꝛ minor declaraꝛ: qꝛ ꝓdigus magis cōuenit cum liberali q̄ꝫ illiberalis: qꝛ ꝓdigus hꝫ ea que hꝫ liberalis: qꝛ libēter dat ꝛ nō de facili accipit. differt tn̄ a liberali: qꝛ ꝓdigus neutrū hoꝝ facit ſm qḋ opꝫ ꝛ bñ. i. ſm rectam rōnē. Et ideo

13ª ꝯclō huiꝰ q̄rti libri. (marginal note)

I si perducat ad hoc q̄ faciat p̄dicta sʒ qḋ opʒ siue p assue-
factionē siue p quācūqʒ aliā transmutationē:puta etatis
vel fortune erit liberal is:ꝛ dabit q̄bus opʒ:ꝛ non accipiet
vñ nō opʒ:ꝛ ex hoc ꝯcludit q̄ ꝓdigus nō vr̄ esse multum
prauus loquēdo de prauitate opposita ṽtuti morali:ꝛ hec
14° ꝯclo huiᵒ q̄rti libri. est ꝯclō 14° ꝛ ꝓbat sic. Ad malū malitia morali:ꝛ ad inui
rili.atē nō ptinet sup abūdare in dādo ꝛ nō in accipiēdo:
nō enim ptinet hoc ad corruptū appetitū:sed ptinet magis
ad insipiētiā quādā:sed ꝓdigus supabūdat in dādo ꝛ nō
in accipiēdo:iō nō vr̄ esse multū malus malitia opposita
ṽtuti morali ꝛc.[Scḋm hūc aūt modū.] 4° ꝓbat ꝯclusio
p̄ncipalis.s.q̄ prodigus est melior illiberali.ꝛ dicit q̄ sm
hunc modum ꝛ ꝓpter ea que dicta sunt ꝓdigus vr̄ multo
melior illiberali:ꝛ ēt ꝓpter aliā rōnē que est ista. Prodi-
gus multis ꝓdest per suā dationē:lʒ sibiipsi noceat in dā-
K do inordinate. Sʒ illiberalis nulli ꝓdest inq̄ntū deficit in
dando.nec etiā ꝓdest sibiipsi inq̄ntū deficit in expēdēdo.
¶ Sed pleriqʒ ꝓdigoꝝ vt dictū est ꝛ accipiūt vñ non
opʒ:ꝛ sūt hocipso illiberales. Ad capiendū aūt proni
fiunt q: cupiūt q̄dē erogare:hoc aūt facile nequeunt
facere:cū cito facultates ipsis deficiāt:itaqʒ ex alienis
dare cogunt. Et simul q̄a nulla est eis honestatis cu-
ra:sine vllo discrimie ꝛ vndiqʒ capiūt:dare nāqʒ per-
cupiūt:quonā aūt mō aut vñ nullū est apud ipsos di-
scrimen. Quapꝓꝑ nec dationes ipsorū sunt liberales:
nō enim sunt honeste:nec honestatis grā:nec vt opʒ
efficiunt:sed interdū quos opʒ esse pauperes eos di-
uites faciūt:ꝛ iis q̄dē q mod. rati sunt moribᵒ nihil da
rent:adulatoribus a t multa:aut quāpiā aliā afferen
L tibus voluptatē. Quāobrē ꝛ pleriqʒ ipsoꝝ intēperā-
tes sunt:nā cū facile erogent:proni sunt ꝛ ad sumptus
in flagitijs faciēdos. Atqʒ q: nō ad honestatē viuunt
ad voluptates declināt. Prodigus igit si nullā ꝓrsus
hēat emēdationē ad hec trāsgredit:cura vō diligen-
tiaqʒ adhibita ad mediū ꝛ ad id qḋ oʒ tādē ꝑueniet.
¶ Sed multi ꝓdigoꝝ:quēadmodū dictū est ꝛ
accipiunt vñ nō opʒ: ꝛ sunt sm hoc illiberales.
Acceptiui aūt sunt ꝓpter velle q̄dē cōsumere:
facile aūt hoc facere nō pñt:velociter enim dere
linquit eos substātia. Cogunt enim aliunde acq
rere. Similr aūt ꝛ ꝓpter nihil boni curare in-
differēter ꝛ vndiqʒ accipiūt:dare enim cōcupi-
M scunt:qualr aūt vel vnde nihil cōfestim eis dif
fert:ꝓpter qḋ neqʒ liberales dationes ipsorum
sunt:neqʒ enim bone:neqʒ huiᵒ ipsius grā:neqʒ
vt opʒ. Sed qm̄ quos opʒ idigere hos diuites
faciunt:ꝛ moderatis q̄dē sm mores nihil vtiqʒ
darent. Adulatoribus aūt vel sm aliquā aliam
voluptatē tribuūt multa. ¶ Propter qḋ itēpe
rati ipsoꝝ sunt multi. Facile.n.cōsumētes ꝛ in
intemperātias cōsumptiui sunt: ꝛ ꝓpter non
ad bonum viuere: ꝛ ad voluptates declinant.
¶ Prodigus quidem igit iducibilis effectus
transit. Potitus autē studio in medium ꝛ ad
qḋ oportet adueniet vtiqʒ.
¶ Hec est 3ª ꝑticula tertie ꝑtis p̄ncipalis:in qua determi-
nat de eo q̄ est ꝑti.n ꝓdigus ꝛ ꝑtim illiberalis. Aliq enim

N ꝓdigi aliqd illiberalitatis hñt inq̄ntū accipiūt vñ nō opʒ:
qḋ cōtingit ꝓpter duo. Primū est:q: tales ꝓdigi ꝯsumūt
sua supflue dando ꝛ expēdendo:ita q̄ ea que hñt cito eis
desunt:ꝛ ideo sūt ꝓni ad accipiēdū vt possint iplere suas
volūtates circa supfluas donationes ꝛ expēsas. Scḋʒ est
ꝓpter hoc qḋ ꝯtingit q: magis dant ex cōcupiscētia dan-
di q̄ ex rōne recta:iō cupiunt dare:sed qualr aut vnde oʒ
nihil differt apud ipsos:ꝛ iō q: nullā curā habēt de bono
accipiūt indifferēter vñcūqʒ:ꝛ q: nec modū debitū hñt:
iō malos hoies q̄nqʒ faciūt diuites quos deceret paupe-
res eē:q: diuitijs male vtunt ꝛ sunt alijs nociui.ꝛ hoibᵒ q
hñt mores moderatos sm ṽtutes nihil dant sed dant adu-
latoribᵒ vel hystrionibᵒ vel lenonibᵒ:sic semꝑ supabūdāt
in dando.[Propter qḋ intēperati.] Et ꝓpter p̄missa mul-
ti ꝓdigoꝝ sūt intēꝑati. Primo q: cū sint faciles ad cōsu-
O mendū sua:de facili ꝯsumūt in his circa q̄ est itēperātia.s.
in cibis ꝛ venereis a q̄bᵒ multi retrahunt timore expēsa-
rū. 2° cū nō ordinēt vitā suā ad bonū honestū declināt ad
voluptates:hec enim duo.s.bonū honestū ꝛ delectabile sūt
ꝓpter se appetibilia.bonū honestū sʒ appetitū rōnabilē:
ꝛ delectabile sm appetitū sensitiuū.[Prodigus q̄dē.] Cū
igit ꝓdigus nō pōt induci ad ṽtutē trāsit in p̄dicta vitia:
sed si potiat studio ṽtutis:ꝑueniet de facili ad mediū vir
tutis vt det ꝛ accipiat vñ quando ꝛ quibus opʒ ꝛc.
¶ At illiberalitas ac auaritia icurabilis est:etenim ꝛ se-
nectus ꝛ ibecillitas ois auaros efficit. Estqʒ hoibᵒ in-
sita magis q̄ prodigalitas:pleriqʒ nāqʒ cupidi sunt
magis pecuniaꝝ q̄ ad dandum procliues.
¶ Illiberalitas autem insanabilis est. Videtur 4° ꝑs.
enim senectus ꝛ omnis impotentia illiberales P
facere. ¶ Et magis connaturale hominibus
prodigalitate. Multi enim amatores pecunia-
rum magis q̄ datores.
¶ Hec est 4ª ꝑs p̄ncipalis huiᵒ capli:in qua determinatur
de illiberalitate. Et ꝯtinet tres ꝑticulas. In pª ponit quan-
dā cōditionē illiberalitatis. In 2ª ibi[Extēdit aūt in mul
tum.] Ponit diuersos modos seu spēs illiberalitatis. In
3ª ibi[Cōgrue itaqʒ.] Determinat de illiberalitate p cōpa
rationē ad suū oppositū. In p̄ma igit ꝑticula ostēdit q̄ vi
tiū illiberalitatis est insanabile:ꝛ hec est ꝯclō 15° ꝛ ꝓbat
dupl'r. Primo sic. Vitiū cuiᵒ cā nō pōt vitari est insana- 15° ꝯclo huiᵒ q̄rti libri.
bile:sed cā illiberalitatis non pōt vitari:iō ꝛc. Maior ꝑs
de se ꝛ minor declarat p hoc q̄ senectus ꝛ quelʒ alia ipo-
tētia seu defectus facit hoies illiberales:sed senectᵒ ꝛ alie
ipotētie ꝛ defectus nō pñt vitari hoie diu viuēte.[Et ma-
Q gis cōnāle ꝛc.] Scḋo ꝓbat ꝯclo sic. Illud qḋ est hoi con-
naturale nō pōt facilr vitari.sed illiberalitas est cōnālis
hoi:magis enim est cōnālis q̄ ꝓdigalitas. Qḋ ꝓbatur:quia
illud qḋ in pluribᵒ inuenit est magis nāle:sed plures inue
niunt amatores ꝛ cōseruatores pecuniaꝝ q̄ datores. Nā
enim inclinat ad amorē diuitiaꝝ inquātū per eas vita ho-
minis in esse conseruat.igit illiberalitas est insanabilis:ꝛ
hec est ꝯclō intenta que sic oʒ intelligi q̄ illiberalitas est
de difficili sanabilis:nō q̄ sit ipossibile ex illiberali fieri li
beralē. Hoc enim est valde difficile:sed nō est ipole:nec ra
tiones iste demonstrāt q̄ illiberalis nullo mō possit a suo
vitio sanari. Pria rō accipit hanc ꝓpositionē:vitiū cuius
causa nō pōt vitari est insanabile:ꝛ hec maior itelligitur
de cā necessaria qua posita necesse est effectū poni:sed se-
nectus nō est cā necessaria illiberalitatis:sʒ est cā vt in plu
ribus:ꝛ tali cā posita nō est necesse effectū poni:sed in plu
ribus posita tali causa ponitur effectus. Scḋa ratio solum
probat q̄ difficile est illiberalē sanari.

¶ Extēdit

A ℂ Extendit preterea longe ꝛ plures spēs subit:cōplu-
res eniꝫ sunt illiberalitatis ac auaritie modi.nā cū in
duob⁹ hisce cōsistat:in defectu inquā dandi:ꝛ exupe-
ratione accipiēdi:nō in oībus inest tota:sed interduꝫ
sciungit:ꝛ qdam in capiendo exuperant:qdam in dā-
do deficiūt.Qui nāqꝫ talibus appellationib⁹ nūcupā
tur parci:tenaces:auidi:oēs in dādo deficiunt:aliena
vō nō appetūt neqꝫ accipere volūt.Quidā.n.in dan-
do deficiunt ꝓpter modestiā quādā turpiūqꝫ reꝝ cau
tionē:vꝫ.n.nōnulli vel saltē aiunt ob cā reꝫ sua ꝯser-
uare:ne cōpellerent aliqñ turpe aliqd agere. Ex his
est ꝛ ipse cumini sector:ꝛ quiuis talis:qui qdē ab exu
peratione nō dādi cuiq̄ꝫ nomē habuit tale. Quidam
B vō ob metū abstiēt alienis:qppe cū nō facile sit ipsos
aliena:ꝛ nō alios res ipsoꝝ accipere. Itaqꝫ nec acci-
pere ipsis nec dare placet.Quidā aūt in capiēdo exu-
perant vndiqꝫ ꝛ qōuis capientes:quales sunt ii q ope
rationes illiberales exercēt:vt lenones oēs:ꝛ oēs ta-
les:ꝛ feneratores:ꝛ q dant parua ꝓ magnis:hi nāqꝫ
oēs vñ nō opꝫ ꝛ quātū nō opꝫ accipiūt.Cōmunis aūt
ipsis oībus esse vi turpis comparatio lucri. Uniuersi
nāqꝫ grā lucri ꝛ huiusce qdē parui ꝓbra sustinēt:eos
eniꝫ qui grādia vñ nō opꝫ ꝛ que nō opꝫ accipiūt:vt ty
rannos ciuitates expugnantes ꝛ tēpla spoliātes:non
illiberales:sed pernitiosos:ſꝫ ipios:sed iniustos poti⁹
appellamus.Aleatores tñ ꝛ fures atqꝫ latrones illibe
C rales sunt:turpi eniꝫ versant in lucro:oīa nāqꝫ causa
questus agūt ꝛ sustinēt ꝓbra.Atqꝫ fures qdē capiēdi
gratia maxima pericula subeunt.Aleatores auteꝫ ab
amicis quibus dare opꝫ lucrant. Utriqꝫ igitur vnde
non opꝫ lucrari volentes turpi in lucro versant:ꝛ oēs
tales accipiēdi actus illiberales sunt.

ℂ Extendit auteꝫ in multuꝫ ꝛ multiforme est.
Multi eniꝫ modi vident illiberalitatis esse:in
duobus eniꝫ existens ꝛ defectu dationis ꝛ su-
perabundantia acceptionis. Nō oībus integra
aduenit:sed qñqꝫ diuidit:ꝛ hū qdeꝫ acceptio-
ne superabundant. Hū aūt datione deficiunt:
qui qdē igit in talibus appellationibus nuncu-
pant puta parci tenaces cymbices:oēs datiōe
D deficiūt. Aliena aūt nō appetūt neqꝫ volūt ac-
cipere:hū qdē ꝓpter quādā moderātiā ꝛ reue
rentiā turpiuꝫ. Uident eniꝫ qdā vel dicunt pp
hoc custodire vt nō aliqñ cogant turpe aliquid
operari. Hoꝝ aūt ꝛ cymini venditor:ꝛ oīs ta-
lis noīatus est a supabūdantia eius qō est nulli
vtiqꝫ dare. ℂ Hū autē rursus pp timorē absti-
nent ab alienis:vt nō facile ipsuꝫ que alioꝝ acci
pere:que aūt ipsius alios nō. Placet igitur eis
neqꝫ dare neqꝫ accipere. ℂ Hū aūt rursus ſm
acceptionē supabundāt in vndiqꝫ accipiēdo ꝛ
oē:puta illibales opōnes opantes:ꝛ de mere-
tricio pasti ꝛ oēs tales ꝛ vsurarū ꝛ in puo ꝛ in
multo:oēs enim isti vnde nō opꝫ accipiunt:ꝛ
q̄ntum nō opꝫ. Cōmune aūt in ipsis turpis lu-
E cratio apparet. Omnes eniꝫ gratia lucri ꝛ hui⁹
parui opprobria sustinent. Eos enim qui ma-
gna nō vnde opꝫ accipiūt:neqꝫ que opꝫ nō di-
cimus illiberales puta tyrannos ciuitates deso
lantes ꝛ sacra predātes:sed pernitiosos magis
ꝛ impios ꝛ iniustos. ℂ Aleator qdem ꝛ mor-
tuoꝝ spoliator ꝛ latro illiberales sunt ꝛ turpes
lucratores:lucri eniꝫ gratia vtriqꝫ negociant ꝛ
opprobria sustinēt:ꝛ hū qdem pericula maxi-
ma gratia lucri. Hū autem ab amicis lucrantur
qbus oportet dare. Utriqꝫ vtiqꝫ vnde nō opꝫ
lucrari volentes turpes lucratores ꝛ oēs vtiqꝫ
F tales sumptiones illiberales.

ℂ Hec est 2ª particula quarte partis:in qua distinguit mo
dos seu species illiberalitatis.ꝛ p̄mo ꝓponit q̄ illiberali-
tas fit multis modis:dicens q̄ illiberalitas extendit se in
multuꝫ ꝛ multiforme est inq̄ntum hꝫ multos modos. Illi-
beralitas eniꝫ attendit penes duo:sciꝫ penes supfluuꝫ in
accipiendo ꝛ penes dfectū in dando ꝛ non oēs illiberales
peccant in vtroqꝫ:sed qdā superabundant in acceptione:
qui tñ nō deficiūt in datione:ꝛ aliꝫ deficiunt in datione:q
tñ nō supabundant in acceptione. Uñ illiberaliū qdā de-
ficiunt in vtroqꝫ:sciꝫ in datione:ꝛ ēt in acceptione:ꝛ qdā
deficiunt in datione ꝛ supabundant in acceptione:ꝛ tales
dicunt parci eo q̄ paruꝫ expendunt:ꝛ tenaces a defectu
dationis quasi multū retinentes. Et quidem dicunt cym-
G bices quasi cymini venditores a quodaꝫ excessu tenacita
tis:q: sciꝫ nec minimū darent absqꝫ recompensatione:tñ
isti nō supabundant in accipiēdo:q: nec aliena appetūt:
nec curant oblata recipere:ꝛ hꝫ.s.q̄ non curant recipere
ab aliꝫs est vna ratio q: hoc vꝫ pertinere ad morū mode-
rantiā. Turpe eniꝫ videt recipere aliena.vñ ꝓpter moꝝ
moderantiā nec recipiunt ab aliꝫs q: hoc vꝫ pertinere ad
bonos mores:dubitātes eniꝫ ne ab his q eis darent indu-
cerentur ad aliqō turpe operandū ꝛ isti nō dant aliꝫs:sed
tenent sua:ꝓpter timorē enim turpitudinis vident custo-
dire sua:ꝛ hoc dicunt vbo ne si sua dent:cogant aliqñ pp
penuriam aliqō turpe operari:ꝛ de numero hoꝝ vident
esse cymbices idest cymini vēditores:qui sic nominātur
ex eo q̄ in hoc superabūdant qō nulli dare volūt. ℂ Hec
est igit p̄ma ratio ꝓpter quaꝫ aliq illiberales deficiunt in
accipiendo:q: hoc videt eis turpe. Et videt eis q̄ per hoc
inducerent ad aliqō turpe operandū ab eis a quibus re-
H ciperent quibus opꝫ receptores obedire:ꝛ facere qō illis
placeret a quibus recipiunt.⌊ Hū aūt rursus.⌋ 2ª ratio pp
quā aliqui abstinent ab accipiendo aliena est ꝓpter hoc
q̄ ipsi timēt si recipiāt ab aliꝫs q̄ oportebit eos dare aliꝫs
a qb⁹ receperūt:quasi nō sit facile recipere aliena.ꝛ q̄ aliꝫ
nō recipiant sua. Placet igit eis neqꝫ dare sua:neqꝫ reci-
pere aliena.⌊ Hū aūt rursus ſm acceptionē.⌋ Positis mo-
dis illiberalitatis que deficit in datiōe:ꝛ etiā in acceptio-
ne ponit modos illiberalitatis que est in superflua acce-
ptione.ꝛ p̄mo quātū ad eos qui turpiter accipiūt. 2° q̄ntū
ad eos qui accipiunt iniuste. Dicit ergo p̄mo q̄ quidā illi-
berales abūdant in acceptione nō curantes qd vel vnde
accipiant seu lucrent:quorū qdā lucrantur de turpibus ꝛ
illicitis operationibus aliorum:puta de meretricio vel de
aliquo simili:sicut lenones.quidam vō lucrantur per pro-
priam operationem sicut vsurarij qui aliquod paruū vo-
lunt lucrari in aliquo multo qō mutuo cōcedunt. Omnes
enim isti accipiunt vnde nō opꝫ scilicet de seruilibus vel
turpibus operationibus:vel q̄ntuꝫ nō opꝫ vt vsurarij qui

I accipiunt vltra sortē q̄bus oībus est cōe q̄d turpiter lucrā
tur: in q̄ntū scilz sustinent vt opprobrio habeanť pp aliq̄d
lucrū ⁊ hoc paruū: sed illi q magna lucranť accipiēdo vñ
nō opʒ ⁊ q̄ñ nō opʒ sicut tyrāni qui predanť ciuitates ⁊ tē
pla nō dicunť illiberales: sed magis dicunť pniciosi ⁊ ipij
⁊ iniusti q̄si legis transgressores. [Aleator q̄dē.] Alij sunt
illiberales abūdātes in accipiendo iniuste sicut aleator q
lucrať ex ludo taxillor ⁊ illi qui spoliāt mortuos q antiq̄
tus sepeliebanť cū magno apparatu: ⁊ latro q spoliat vi
uos. Oēs enī isti turpiter lucranť: q̄r faciūt q̄das negocia
pp lucrū ꝓpter q̄ sūt in opprobrio: tñ in istis est alia ⁊ alia
ratio turpitudinis: nā spoliator mortuor ⁊ latro exponūt
se magnis periculis ꝓpter lucrū: q̄r q agunt talia leges iu
ste puniunt. ¶ Aleatores vō hñt aliā rōnē turpitudinis: q̄r
volunt lucrari ab amicis cū q̄bus ludunt: cū tñ ſm libera
K litatē magis cōueniat amicis aliq̄d dare q̄ ab eis lucran
do aliq̄d recipere. Et sic patet q̄ illi qui volunt lucrari vñ
non oportet sunt turpes lucratores: ⁊ sic pʒ q̄ omnes pre
dicte acceptiones sunt ipsius illiberalis.

¶ Merito aūt illiberalitas liberalitati cōtraria dr̄: nā
⁊ maius est malū q̄ prodigalitas: ⁊ hoīes magis hac
ipsa peccāt q̄ ea quā diximus ꝓdigalitate. De libera
litate igiť ⁊ vitijs ipsi cōtrarijs hec dicta sufficiant.

¶ Congrue itaq̄ʒ liberalitati illiberalitas ꝯrius
dr̄: mai⁹ enī est malū ꝓdigalitate. ¶ Et magis
in hāc peccāt q̄ ꝑ dictā ꝓdigalitatē. De libali
tate q̄dē igiť ⁊ oppositis malitijs tāta dicta sūt.

¶ Hec est 3ª particula q̄rte p̄ncipalis in qua determinať de illi
beralitate per cōparationē ad vitium oppositū. s. ad ꝓdi
L galitatē: ⁊ dicit q̄ illiberalitas cōgrue dr̄ cōtraria liberali
tati. Quia illiberalitas magis opponiť liberalitati q̄ ꝓdi
galitas: ⁊ hec est ꝯclo 16ª quā ꝓbat Phs dupl̄r. Pr̄io sic.
16ª ꝯclo p̄ncipalis q̄rti libri. Semp peius vitiū magis opponiť v̄tuti: sed illiberalitas
est peius vitiū q̄ ꝓdigalitas: vt pʒ ex p̄cedētib⁹. igiť illi
beralitas magis opponiť liberalitati q̄ prodigalitas. [Et
magis in hāc peccant.] Scdo ꝓbať per hoc q̄ illud vitiū
ſm q̄ plures hoīes peccant est magis oppositū v̄tuti: sed
hoīes magis peccant ſm vitiū q̄d dr̄ illiberalitas q̄ ꝑ vi
tiū q̄d dr̄ ꝓdigalitas: ⁊ pp hoc illiberalitas noīať a p̄uatiōe
liberalitatis. Hec igiť dicta sūt de libalitate ⁊ ei⁹ oppositis.
Dub. p̄m ¶ Circa istam materiam de liberalitate dubitať. vtrum
liberalitas sit vna v̄tus moralis specie distincta ab oībus
alijs v̄tutib⁹ moralibus. Et p̄mo ꝓbať q̄ nō est v̄tus mo
ralis. 2° q̄ nō est v̄tus moralis vna spē. 3° q̄ non est v̄tus
p̄ª rō distincta ab alijs v̄tutibus moralib⁹. ¶ Primo igiť ꝓba
tur q̄ non est v̄tus moralis: q̄r nulla virtus moralis ꝯriať
nāli inclinationi sed magis ꝑficit eā: sed liberalitas ꝯriať
M nāli inclinationi: q̄r nālis inclinatio est ad hoc vt hō ꝓui
deat plus sibi q̄ alijs: sed per liberalitatem hō nō ꝓuidet
sibi plus q̄ alijs: imo sibi minora derelinq̄t: vt pʒ ꝑ Phm
Amplius ad idem. in littera: iō ⁊c. ¶ Itē oīs v̄tus moralis est circa passiōes
vel opōnes: sed liberalitas est circa pecunias: que nec sūt
passiones nec opōnes. ergo liberalitas nō est vna v̄t⁹ mo
ralis. ¶ Scdo ꝓbať q̄ liberalitas nō est vna v̄tus spē: q̄r
rō 2ª oīs v̄tus vna spē est mediū inter duo extrema spē dr̄ia: sʒ
liberalitas nō est tm̄ inter duo extrema dr̄ia specie: iō ⁊c.
Maior pʒ de se ⁊ minor declarať per h̄ q̄ liberalitas est
mediū iter oēm ꝓdigalitatē ⁊ oēm illiberalitatē: sʒ aliq̄ue
ꝓdigalitates differunt spē: ⁊ ēt aliq̄ue illiberalitates diffe
runt spē: ergo liberalitas nō est mediū: mediū enī est so
lum inter duo extrema spē dr̄ia. ¶ Et si dicať q̄ nō sunt
plures prodigalitates differētes spē nec plures illiberali
tates. ¶ Cōtra. quidā est ꝓdigus q superabundat in dan
do ⁊ deficit in accipiendo: ⁊ q̄dā est ꝓdigus qui superabū N
dat in dando ⁊ accipiēdo: sed per eūdē habitū ſm speciē
nō superabundat aliquis in accipiēdo ⁊ in nō accipiēdo.
ergo sunt plures ꝓdigalitates differētes spē: ⁊ eodem mō
arguiť de illiberalitate: aliq̄s enī illiberalis deficit in ac
cipiendo ⁊ aliq̄s superabundat in accipiēdo: vt pʒ ꝑ Phm
in l̄ra: ⁊ idē habitus ſm speciē nō est p̄ncipiū superabun
dandi ⁊ deficiēdi in accipiēdo. igiť sunt plures illiberali
tates specie differentes. ¶ 3° arguiť q̄ liberalitas non sit 3ª rō.
specie distincta ab alijs v̄tutibus: q̄r nō videť distingui a
magnificētia nisi ꝑ hoc q̄ magnificētia est circa magnas
expensas ⁊ liberalitas est circa expensas minores vt vr̄ ꝑ
Phm ⁊ Cōmētatorē caplo de magnificentia: sed magis ⁊
minus nō diuersificant spēm: ideo liberalitas non est spē
distincta a magnificētia. ¶ In oppositū est Phs. ¶ Ad In oppositū Phs Solo.
istā dubitationem dōm q̄ liberalitas est virtus distincta
ſm spēm ab alijs virtutibus moralibus. Qz aūt liberali O
tas sit v̄tus pʒ. nā ille habitus q facit bene vti his q̄bus cō
tingit bene ⁊ male vti est virtus: q̄r hñs virtutē bñ vtitur
circa singula vt dicit Phs: sed cōtingit bñ ⁊ male vti diui
tijs: q̄r nō solū cōtingit male vti his que infra nos sunt: pu
ta potentijs ⁊ passionib⁹: sed ēt his que sunt extra nos. s. re
bus exterioribus ordinatis ad cōseruationē vite nostre.
Cum igiť per liberalitatē vtamur diuitijs bñ ⁊ contingit
eis vti male: sequiť q̄ liberalitas est v̄tus. vñ sicut tempe
rantia facit bñ vti delectationibus que sunt in cibis ⁊ ve
nereis: ita liberalitas facit bene vti exterioribus diuitijs.
¶ Ad p̄m in contrariū dicendū q̄ liberalitas nō cōtrariať Ad p̄m rōnem.
nāli inclinationi: ⁊ q̄ñ diciť q̄ alijs plus ꝓuidet liberalis
q̄ sibiipsi. Dōm q̄ lʒ liberalis pauciora reseruat sibi de
bonis tēporalibus: tñ de illis tātū reseruat sibi q̄ntū suffi
cit sue necessitati: ⁊ pauciora sufficiunt sibi q̄ alijs q̄bus P
liberalis hʒ ꝓuidere: ⁊ ideo dr̄ minus intēdere ad seipsū
q̄ ad alios q̄r plura sunt alijs necessaria q̄ sibiipsi: curat
tñ de seipso vt ꝑ h̄ possit alijs sufficiēter ꝓuidere. ¶ Ad Ad aliud ad idem.
aliud dōm q̄ oīs virtus moralis est imediate circa passio
nes vel opationes: tñ v̄tus moralis est mediate circa obie
cta passionū ⁊ operationū: vñ liberalitas est imediate cir
ca amorē ⁊ cōcupiscētiā pecuniarū ⁊ mediate circa pecu
nias que sunt obiecta istar passionū. s. cupiditatis ⁊ cōcu
piscentie. ¶ Ad aliud dōm q̄ oīs virtus moralis que est Ad 2ᵐ rōnem.
circa passiones est inter duo extrema p̄mo: sed nō opʒ q̄
illa extrema sint species specialissime. vñ sicut ꝓbatū est:
ꝓdigalitas ⁊ illiberalitas est vnū genus subalternū cōti
nens sub se diuersas species: ⁊ liberalitas existēs vna spe
cies specialissima est medietas p̄mo ⁊ p̄ncipal̄r ⁊ est me
diū inter duo genera subalterna ⁊ est mediū inter species
istor generū nō p̄mo sed secūdario ⁊ ex cōsequēti. ¶ Ad Ad 3ᵐ rōnem.
aliud q̄ñ ꝓbať q̄ liberalitas non distinguiť specie a ma Q
gnificētia q̄r nō differūt nisi ſm magis ⁊ minus. Dōm q̄
liberalitas ⁊ magnificētia nō differūt solum ſm magis ⁊
minus: sed ēt differūt ſm cōparationē ad rōnē mēsuran
tē ⁊ regulantē earum operationes. Alia enim est rō men
surandi expensas cōes circa quas est liberalitas: ⁊ alia est
ratio mensurandi expensas grandes ⁊ magis difficile est
q̄ hō bene se hʒ ⁊ delecteť in expendēdo magna q̄d fit ꝑ
magnificentiam q̄ parua ⁊ mediocria q̄d fit per liberali
tatem. Sic igiť differūt per cōparationē ad rōnem earuʒ
operationes mēsurantē: differūt ēt per obiecta: q̄uis enī
pecunia sit obiectū materiale tam liberalitatis q̄ magni
ficētie. Alia tñ est ratio formalis obiecti vnius ⁊ alterius:
q̄r obiectū liberalitatis est pecunia ſm rōnem ⁊ ſm libe
ralem cōmunicationē: sed obiectū magnificētie est pecu
nia ſm rōnem decentie magnitudinis ⁊ dignitatis: iō ⁊c.
¶ Silr̄ alius est finis liberalitatis ⁊ alius magnificentie:

quia

B ¶ Hec est 2ª pticula: in qua iprobaꝛ opinio pithagoricoꝝ q̄ntū ad iustitiā cōmutatiuā. vñ pbaꝛ φ iustū cōmutatiuū nō est idē qđ cōtrapassum: q̄uis qdā legislator noie Radamātbus itroduxit talē legē φ si qs patiaꝛ illa q̄ fecit sit recta vindicta. [Multis.n.locis.] Probat igꝛ pħs φ iustū
18ª cōcl'o cōmutatiuū nō est idē qđ ɔtrapassum. ⁊ hec est ɔcl'o 18ª. ⁊
hui⁹.5.li. pbaꝛ dupl'r. p̄ per h φ in his q̄ differūt fz dignitatē nō sūt idē iustū ⁊ ɔtrapassuz: ⁊ p ɔñs nō sunt simpl'r idē. añs apparet: qꝛ si aliqs in pncipatu ɔstitut⁹ pcutiat puatā psonā iustitia cōmutatiua nō reqrit φ pnceps repcutiaꝛ. Silr si aliqs pcutiat pncipē nō sufficit fm hāc iustitiā φ pcutiēs
Dubiuz pncipē repcutiaꝛ: fz iustū ē φ grauiꝰ puniaꝛ. ¶ Sz hic dubitaꝛ: qꝛ in caº pcedēte dixit pħs φ in iustitia cōmutatiua nō attēdiꝛ diuersa cōditio psonaꝝ. nihil.n. differt fm hāc iustitiā si studiosus prauū puanit vel prauus studiosuz: fz
Solo. lex vtiꝛ iequalib⁹ fm dignitatē q̄si eq̄lib⁹. ¶ Dōm est φ
C in iustitia cōmutatiua lex solū attēdit ad dñiaz nocumēti. nūc āt qñ nocumētū attēdiꝛ circa subtractionē rei exterioris: puta pecunie vel equalētis nō variaꝛ q̄ntitas nocumēti fz diuersaz cōdōnē psone. tātū eni nocumētū fieret mihi si pnceps puaret me decē libris sic si puata psona puaret me decē libris ⁊ ecōuerso: fz qñ est nocumētū psonale: tūc q̄ntitas nocumēti diuersificaꝛ fz ɔdōnē psone. Maiꝰ eniz nocumētū est cū aliqs pcutit pncipē q̄ si pcutiat puatā psonā: qꝛ in passiōe pncipis nō solū lediꝛ psona ipsiꝰ pncipis: fz tota res publica q̄ p pncipē dēt regi lediꝛ in pcussiōe pncipis. Qñ igiꝛ dī φ in iustitia cōmutatiua nō attēdiꝛ ad diuersaz cōdōnē psonaꝝ: dico φ h est veꝝ qñ nocumētū solū attēdiꝛ circa subtractionē exterioris rei: fz qñ fit nocumētū circa psonā vt in iniurijs psonalib⁹: tūc solū est respiciēdū ad ɔdōnē psone: qꝛ tūc variaꝛ q̄ntitas nocumēti: fz diuersaz ɔdōnē psone. [Ad hūc inuolūtariū.] Se-
D cūdo pbaꝛ eadē ɔ sic. Ubicūq3 variaꝛ iustū fm diuersitatē volūtarij ⁊ inuolūtarij ibi iustū nō ē idē qđ ɔpassuz: qđ statiz appꝫ: qꝛ si due opatiōes sint eq̄ male vt vna sit volūtaria ⁊ alia sit inuoluntaria: nō est iustuz φ eadem pena infligaꝛ pro vtraq3. sed maior pena est infligēda pro opatione mala volūtaria q̄ pro operatione mala inuoluntaria. in talib⁹ eni iustū nō est idem qđ contrapassum. potest eni ɔtrapassuz esse idē: ⁊ tñ nō eē idē iustū. sed i hꝫ cōmutatiōib⁹ pt vna cōmutatio eē volūtaria ⁊ alia inuolūtaria: manēte ɔpasso eodē: ⁊ nō manēte eodē iusto. igiꝛ in hꝫ cōmutatiōib⁹ iustū cōmutatiuū nō est idē qđ ɔpassuz: qꝛ ɔpassuz pt eē idē iusto nō manēte eodē: vel pt rō sic formari. Justū cōmutatiuū nō est idē cū illo qđ manet oīno idē iustū cōmutatiuo nō manēte oīno eodē. fz ɔpassuz pt manere idē vel oīno sīle: iusto cōmutatiuo nō manēte eodē: vt pꝫ in cōmutatiōib⁹. q̄ꝝ vna est volūtaria ⁊ alia inolūtaria in qbus pōt esse idē ɔpassum nō manēte eadē iustitia cōmutatiua: qꝛ nō est iustū φ operās volūtarie ⁊ operans inuolūtarie ceteris paribus eodē mō omnino puniatur. E

¶ Sed in societatibus cōmertioꝝ tale iustum: repassio inquam per comparationem rōnum ⁊ non per equalitatem continet ciuitatem. Ciuitas enim tum conseruatur con retributio fit vt cōparatio flagitat rōnum: nam hoies aut reddere malū querunt: quod si non faciant seruitus esse videtur: aut retribui sibi bonuz: qđ nisi fiat actus dandi beneficiumq3 non fit. At ciuitates his cōseruanꝛ. Quamobrem ⁊ gratiaꝝ templū in ciuitate media condūt vt retributio fit: hoc enim gratie propriuz est: nam is qui suscepit subministret vicissiz ei qui munus contulit: ⁊ ipse rursus incipiat conferre oportet. ¶ Coniunctio autem que per diametrum est facit eam retributionem que per comparationem rationum efficitur. Hoc modo fit. Edificator quidem F
A. Sutor āt. B. Dom⁹ in. C. Et calceꝰ collocer. in. D.

Edificator	Sutor
.A.	.B.
.C.	.D.
Domus	Calceus

¶ Edificatorez igitur a sutore accipere opus illius ⁊ ipsum illi suum dare oportet. Si igitur primum sit id iustum qđ comparatione rōnum est equū: deinde repassio fuerit: erit qđ dꝛ: sin minus nō erit equū neq3 constabit societas. Nihil enim prohibet vnius opus alterius opere prestabilius esse. Hec igitur ad equalitatē rediganꝛ oportet. Est autem hoc ⁊ in ceteris artibus. G
Etenim e medio tollerenꝛ: nisi agens ageret ⁊ quantū ⁊ quale: ⁊ patiens pateretur hoc ⁊ tantū ⁊ tale. Non.n. duobus ex medicis fit societas: fz ex medico atq3 agricola: ⁊ ex diuersis oino ac in equalibus: verū hi redigantur ad equalitatem oportet.

¶ Sed in cōmutationibus qdem cōmutatiuis 2ª pa.c.
continet tale iustuz cōtrapassuz fm proportionalitatem: ⁊ nō fm equalitatez. ¶ In cōtrafacere enim pportionale ⁊ manet ciuitas: vel eni hoc male querūt: si autem non: seruitus videꝛ esse si non cōtrafacit: vel qđ bene. si aūt nō: retributio nō fit. retributione aūt cōmanēt: propter quod ⁊ gratiaꝝ sacrū pmpte faciunt vt ⁊ retributio fit. hoc enim pprium gratie. Refamula- H
ri enim opz ei qui gratiā fecit: ⁊ rursus incipere ipsum gratiam facientē. ¶ Facit enim retributionē eaz que fm pportionalitatē fz diametrū coniugatio: puta edificator in quo. a. coriarius in quo. b. dom⁹. n. in quo. c. calciamētū i quo. d.

Edificator	Coriarius.
.A.	.B.
Domus	Calciamentū
.C.	.D.

Oportet autem accipere edificatorem a coriario illius opus: ⁊ ipsum illi retribuere quod ipsius. Si igitur primum sit fm proportionalitatē equale: deinde contrapassum fiat: erit qđ

I dicit: si autē non: nō equale est neq̄ manet. Ni
hil enim prohibet melius esse alterius opus q̄
alterius: opz igitur hic vtriq̄ equari. ¶ Est aūt
hoc et in alijs artibus. destrueret enī si nō fece
rit faciens et quantū et quale et patiens passus
est et hoc et tātū et tale. Nō enī ex duob⁹ medi
cis fit commutatio: sed ex medico et agricola et
oino alteris et nō equalib⁹: sed hos opz equari.

¶ Hec est 2ª pars huius capli: in qua ostendit in quibus et qualiter est verū q̄ iustum cōmutatiuum et cōtrapassum sunt idem: et intendit q̄ iustum cōmutatiuū cōtinet in se contrapassum non fm equalitatem: sed fm pportionem.
Instantia ¶ Contra superius dictū est q̄ in iustitia cōmutatiua me
K diū accipit nō fm pportionem geometricā que consistit
Solo. in equalitate pportionis: sed fm pportionalitatem arith metricam que cōsistit in equalitate quantitatis. ¶ Dicendum est q̄ circa iustitiā que est circa res exteriores semp opz esse equalitatem rei ad rem: sed nō actionis et passionis qd̄ importat contrapassum: quia actio vnius artificis maior est q̄ actio alterius artificis: sicut edificatio q̄ fabricatio cultelli. vnde si edificator cōmutaret actionē suā pro actione fabri non esset equalitas rei date et accepte. s. domus et cultelli: ideo in talibus oportet adhibere proportionem: vt fiat equalitas rerum. [In contrafacere enī proportionale.] Probat propositum. s. q̄ iustum cōmutatiuū continet contrapassum fm proportionem: et hec est conclu
19ª cōclo
hui⁹. 5. li. sio 19ª huius libri: et probatur sic. Iustum cōmutatiuum continet illud per qd̄ ciues cōmanent sibi inuicem in ciuitate: et per qd̄ saluatur ciuitas: quia leges ordinant ad hoc q̄ ciuitas saluetur: et q̄ ciues ad inuicē cōmaneant. Sed
L p hoc q̄ ciues pportionalr̄ cōpatiunt: cōmanēt ciues sibi inuicē in ciuitate. ergo iustū cōmutatiuū ɔtinet ɔpassuz fz pportionē. Maior est nota. et minor pz p hoc q̄ si vnus ciuis faciat p alio ali⁹ studet pportionalr̄ facere p eodem. Manifestū enī est q̄ oēs ciues hoc querūt vt eis proportionalr̄ ɔfiat: per hoc enī cōmanent hoies ad inuicē quando fit eis qd̄ querunt. Nūqd igit hoc male querūt q̄ eis pportionalr̄ ɔfiat: certe nō male querūt hoc. Si aūt hoc nō quererent videret esse seruitus quedā: vt bñfacienti alius nō contrafaciat pportionalr̄. Seruile enim est q̄ aliquis nō adipiscat ex suo opere: et nō querat sibi p suo opere pportionalr̄ ɔfieri: sic enī nō fieret retributio debita. Propter hoc enī cōmanent hoies ad inuicē q̄ vnus retribuit alteri p his que ab eo recepit: et pp hoc boni hoies pmpte exhibent suis bñfactoribus gratiarūactiones: q̄si qdda sacrū sit p bñficio recepto tribuere: retribuere enī pprie perti
M net ad gratiarūactionē. Opz enī q̄ hō iterato seruiat ei q sibi fecit gratiā: idest qui sibi gratuitū beneficiū impēdit: et si nō tātū ipendit bñfactori q̄tū accepit ab eo q̄ rursus incipiat amplius exhibēdo q̄ accepit: vt sic ipse bñficiuz gratuitū ipendat. [Facit. n. retributionē.] Hic ostēdit que est forma pportionis fm quā dz fieri ɔpassuz: et intendit dicere q̄ nō semp opus vnius artificis valet tāntū q̄tū valet opus alterius: sicut calciamētū qd̄ est opus coriarij nō valet tātū q̄tū valet domus: que est opus domificatoris: ideo in his debet fieri cōtrapassum fm pportionalitatez: et sic est in alijs artibus. Ideo debet coriarius dare tot calciamenta edificatori quot valerent vnaz domū: et hec est intentio Phi in hac parte. Phs tamen ponit formam pportionalitatis fm quam debet fieri contrapassum in coriario et edificatore: et dicit q̄ cōmutatio que est fm diametrū facit in cōmutatiōib⁹ retributionē vel ɔtrapassuz.
¶ Ad cuius intellectū describat quadratus. a. b. c. d. et de

ducantur duo diametri se intersecantes. s. a. d. et. b. c. sit igi N
tur edificator. a. et coriarius. b. domus autem que est opus edificatoris. c. et calciamentum quod est opus coriarij. d.

Opz igit q̄ qñq3 edificator accipiat a coriario opus eius O
scilz calciamentū: et dz edificator p retributione dare coriario opus suū. Si igit adinueniat fm pportionalitatez equalitas. s. vt cōstituant ex vna pte tot calciamēta cōtra vnā domū cū plures expēsas fecerit edificator in vna domo q̄ coriari⁹ in vno calciamēto. Deinde fiat ɔtrapassuz: vt. s. edificator accipiat multa calciamenta adequata vni domo et coriari⁹ vnā domū: erit qd̄ dr̄ pro retributione fz pportionalitatē factā p diametralē cōiunctionē: q2. s. calciamēta pportionata dant edificatori: et domus coriario que fz diametrū opponant. Si enī nō sic fiat retributio nō est eq̄litas rerū cōmutatarū: et sic hoies nō possent ad inuicē cōmanere eo q̄ nihil phibet opus vnius esse melius q̄ opus alterius artificis. [Est aūt hoc et in alijs arti P
bus.] Eodē mō est in alijs artibus. s. vt fiat ɔtrapassum et cōmutatio fm pportionē diametralē. Destruerent enim artes si nō tantū et tale reciperet q̄tum et quale faceret seu daret: nō enim duo hoies eiusdē artis cōmutāt ad inuicē sua opera: puta duo medici: sed vt in pluribus homines diuersaruz artiū: vt medicus et agricola: et sic de alijs quos oportet adequari fm modum dictum.

¶ Quapp ea vniuersa quoz est permutatio inter sese cōparabilia quodāmō esse opz: p quo numus in vsuz hoiuz venit: et fit quodāmō mediū. Metitur. n. cuncta. Quare et nimiū atq3 parū. Qd̄ nā calcei domui vel victui sunt equales. Opz igit qd̄ est edificator ad sutorē tot pro domo vel alimēto calceos esse. Qd̄ si hoc nō fuerit: nō erit pmutatio neq3 societas: hoc aūt nō erit si nō equa quodāmodo fuerint. Q

¶ Propter qd̄ oia comparata opz aliqualr̄ esse 3ª pa
quoz est cōmutatio ad qd̄ numisma venit: et fit aliqualr̄ mediū: oia enī mensurat: quare et superabūdātiā et defectū. Quanta quedā calciamenta eq̄le domui vel cibo. Opz igit q̄ edificator ad coriariū tanta calciamenta ad domum vel cibū: si enī nō hoc: nō erit cōmutatio neq3 cōicatio. Hoc aūt si nō eq̄lia sunt aliq̄lr nō erit.

¶ Hec est 3ª pars huius capli: in qua Phs ostendit qualr̄ in cōmutationib⁹ pdicta foia pportionis poterit obseruari: et cōtinet q̄tuor pticulas. In pª pticula ostēdit q̄ oia illa quoz pōt eē cōmutatio debēt eē cōpabilia: q2 oia illa que cōparant hñt aliqd̄ vnū in quo vel fz qd̄ cōpant et narrat

qd̄ est

A qδ eſt illud in q̃ oĩa cõpabilia cõpanꝫ qδ eſt mẽſura oĩuꝫ cõmutabiliũ:qꝛ eſt numiſma. In 2ª pticula ibi[Opꝫ igr.] Aſſignat rõnẽ cõmẽſuratiõis q̃ fit p numiſma. In 3ª pticula ibi[Erit vtiqꝫ ꝯtrapaſſuꝫ.]Oñdit qũo ꝯtrapaſſuꝫ iuſte fit in cõmutatiõib⁹ ẜꝫ p̃dictã cõmẽſurationẽ. In 4ª pticula ibi[Qm̃ aũt idigẽtiã.]Oñdit qũo idigẽtia humana eſt mẽſura:ꝛ qũo denari⁹ ſiue numiſma eſt mẽſura. ¶ In pᵃ igiꝫ pticula iſert ex dictis ꝙ oĩa cõmutabilia ſunt cõpabilia in aliquo vno:ꝛ hec eſt ꝯ 20ᵃ ꝛ ꝓbaꝫ ex p̃cedentib⁹ ſic. Oĩa q̃ hñt ꝓportionẽ ad inuicẽ ſũt cõpabilia i aliquo vno p qδ mẽſuraꝫ exceſſus vni⁹ ad alterũ vel defect⁹ vel eq̃litas. Aliter.n.nõ poſſet eoꝝ valor cõmẽſurari:ſꝫ oĩa cõmutabilia hñt ꝓportionẽ ad inuicẽ:vt pꝫ ex p̃cedentib⁹.igiꝫ oĩa cõmutabilia ſunt cõpabilia in aliquo vno. Illud autẽ vnũ in quo oĩa cõmutabilia cõpanꝫ eſt numiſma:ad hoc eniꝫ inuẽtũ eſt numiſma vt ſit mediũ ꝛ mẽſura oĩum cõmutabiliũ:vt p numiſma ſciaꝫ ꝙ cõmẽſurabiliũ plus valeat ꝛ qδ minus. Numiſma.n.oĩa cõmutabilia mẽſurat ꝛ q̃tũ ad ſupexceſſuꝫ ꝛ defectũ ꝛ q̃tũ ad eq̃litatẽ. Si.n.ſint due res cõmutabiles de qb⁹ dubitaꝫ q̃ illaꝝ valeat plus ꝛ q̃ min⁹:ꝛ vtꝝ ſint eq̃lis valoris recurrẽdũ ẽ ad numiſma: qꝛ ſi vna illaꝝ valꝫ duo numiſmata:ꝛ alia vnũ tm̃:illa res q̃ valet duo numiſmata eſt in duplo melior q̃ illa q̃ valet vnum tm̃:ꝛ ſi vtraqꝫ illaꝝ valeat vnuꝫ numiſma tm̃:ille res ſunt eq̃lis valoris:ꝛ ẜm iſtã menſurã p numiſma fieri põt de qualꝫ re cõmutabili q̃tũ vna excedit aliã in valore vt quot calciamẽta adequant in precio vnam domuꝫ vel cibũ vnius hoĩs per aliqδ determinatum tempus.

B

¶ Opꝫ ergo aliquo vno menſurari cuncta:ſicut ꝛ antea diximus. Hoc aũt eſt reuera q̃dẽ indigentia ipſa: que oĩa cõtinet:nã ſi nõ indigeant:aut nõ ſilr:nõ erit permutatio:aut nõ eadẽ erit. Nummus aũt ex inſtituto factus eſt vt ꝓ indigentia ſit. Et ꝓpterea nomen hoc hꝫ:qδ nõ natura conſtat ſed lege:ꝛ in nobis eſt ſitum ipſuꝫ mutare atqꝫ inutilem facere.

C

¶ Opꝫ igiꝫ vno aliquo oĩa menſurari:quẽadmodũ dictũ eſt prius. Hoc eniꝫ ẜꝫ veritatẽ q̃dẽ indigẽtia que oĩa ꝯtinet:ſi enĩ nihil idigerẽt vel nõ ſilr:vel nõ erit cõmutatio:vel nõ eadẽ:puta pp cõmutationẽ necẽitatis numiſma factũ eſt ẜꝫ cõpõnẽ:ꝛ pp h̃ nomẽ hꝫ numiſma:qm̃ nõ nã ſꝫ nomo eſt:ꝛ i nobis ẽ trãſmutare:ꝛ facẽ inutile.

Propter qd num⁹ factus eſt ꝛ quare h̃ nomẽ habuit.

¶ Hec eſt 2ª pticula:in qua ph̃s aſſignat rõnẽ p̃dicte cõmẽſuratiõis:q̃ fit p numiſma:ꝛ eſt ꝙ illud vnũ qδ ẜꝫ veritatẽ cõmẽſurat oĩa cõmutabilia eſt idigentia humana. Nõ.n.appreciãꝫ res ẜm dignitatẽ nãe ipſaꝝ reꝝ alioqn vn⁹ mus q eſt vnũ aĩal ſenſibile eẽt maioris precij q̃ vna margarita q̃ eſt inaĩata:ſꝫ p̃cia iponũꝫ reb⁹ ẜꝫ ꝙ hoĩes indigẽt eis ad ſuũ vſuꝫ:ꝛ h̃ ꝓbaꝫ.ſ.ꝙ illδ vnũ qδ menſurat oĩa cõmutabilia ẜꝫ veritatẽ eſt idigẽtia humana:ꝛ hec eſt ꝯclo 21ª ꝛ ꝓbaꝫ p qδdã ſignũ tale:ſi hoĩes nullo idigerẽt nulla eẽt cõmutatio:vel ſi nõ ſilr indigerẽt non eadẽ erit cõmutatio:nõ eniꝫ darẽt illud qδ hñt ꝓ eo quo nõ idigẽt ꝛ hoc eſt ſignũ ꝙ idigẽtia eſt ẜm veritatẽ mẽſura oĩuꝫ cõmutabiliũ:qꝛ ſi nõ eẽt idigẽtia nõ eẽt cõmutatio:ꝛ ad variationẽ idigẽtie ſeqꝫ variatio cõmutatiõis.ꝛ qꝛ indigẽtia mẽſurat oĩa cõmutabilia:pp h̃ eſt numiſma factũ ẜm cõpõnẽ.h̃ eſt ẜꝫ quãdã ꝯuẽtionẽ iter hoĩes pp cõmutationẽ necẽitatis.i.reꝝ necẽiaꝝ eſt ꝯditũ iter hoĩes ꝙ afferẽti denariũ deꝫ vnũ tm̃ q̃ hõ idiget:ꝛ pp h̃ denari⁹ vocaꝫ nummus vel numiſma a nomos qδ eſt lex:qꝛ denari⁹ nõ eſt mẽſura p nãm ſꝫ nomo.i.a lege. Eſt.n.in ptãte nr̃a.ſ.in ptãte p̃nci

20ª cõclo hui⁹.5.li.

D

21ª cõclo hui⁹.5.li.

pis mutare denarios ꝛ reddẽ eos inutiles. Rõ huius igiꝫ cõmutatiõis q̃ fit p numiſma eſt idigẽtia hũana:q̃ ẜꝫ veritatẽ eſt mẽſura oĩuꝫ ꝯmutabiliũ:idigẽtia.n.necẽioꝝ ẽ cã q̃re numiſma iſtituiꝫ ẜꝫ ꝯdõnẽ hoĩuꝫ ad ꝯmutatões faciẽdas. E

¶ Erit igiꝫ tũc repaſſio cũ redacta fuerint ad equalitatẽ:vt qδ eſt ad ſutorẽ agricola:id ſit opus ſutoris ad agricole opus. Opꝫ aũt in figurã cõparationis rõnẽ ducere cuꝫ ꝯmutare voluerint:ſi minus alteruꝫ extremuꝫ plus in ſe habebit:ꝛ minus:Sed cum hñt ſua ſic equales ꝛ ſocij ſũt:qa hec eq̃litas in ipſis fieri poteſt. Atqꝫ ſit agricola q̃deꝫ.A.ꝛ alimentũ.C.ſutor aũt.B. ꝛ opus ipſius qδ in eq̃litatẽ iaꝫ eſt redactum.D. Qꝛ ſi hoc pacto nõ eſſet repaſſio:nõ eſſet ſane ſocietas. F

Agricola	Sutor
.A.	.B.
.C	.D.
Alimentum	Calcei

¶ Erit vtiqꝫ cõtrapaſſuꝫ qñ equata ſunt:q̃re ꝙ agricola ad coriariuꝫ:hoc opus coriarij ad qδ agricole:in figuraꝫ aũt ꝓportionalitatis opꝫ ducere qñ cõmutabũꝫ.ſi nõ:vtraſqꝫ hẽbit ſupabũdãtias alterũ extremũ:ſꝫ cũ hñt q̃ ipſoꝝ:ſic eq̃les ꝛ cõicãtes:qm̃ hec eq̃litas põt in ipſis fieri:

¶ Agricola.a.cib⁹.c.coriari⁹.b.op⁹ ipſi adeq̃tũ.d.ſi ãt ſic nõ erat ꝯpati:nõ vtiqꝫ erat cõicatio.

¶ Hec eſt 3ª pticula 3ᵉ ptis:in q̃ oñdiꝫ qũo ꝯpaſſuꝫ iuſte fit in cõmutatiõib⁹ ẜꝫ p̃dictã cõmenſurationẽ p numiſma ꝛ idigẽtiã hũanã.ꝛ dicit p̃ ꝙ ex q̃ oĩa cõmutabilia cõmẽſuranꝫ p idigẽtiã nãlr ꝛ p numiſma ẜꝫ ꝯditionẽ hoĩuꝫ tunc iuſte fiet ꝯpaſſũ qñ oĩa ẜꝫ p̃dictũ modũ adequanꝫ:ita.ſ.ꝙ q̃tũ agricola cui⁹ opus eſt cib⁹ hoĩs excedit coriariũ cui⁹ opus eſt calciamẽtũ in tãta ꝓportiõe excedat opus coriarij opus agricole vt.ſ.multa calciamẽta denꝫ ꝓ vno modio tritici. Si.n.modi⁹ tritici valeat ſex numiſmata:ꝛ calciamẽtũ duo tm̃:tũc coriari⁹ dabit tria calciamẽta ꝓ vno modio tritici:ſic enim fiet eq̃litas:qꝛ neuter daret plus q̃ acciperet.[Agricola.a.] Ponit qδ dcm̃ eſt in termis ẜꝫ figurã ꝓportionis:ſic̃ p̃us deſcribebaꝫ q̃dratũ.a.b.c.d.ꝛ duo diametri ſe interſecãtes.a.d.b.c.ſit igiꝫ agricola.a.cib⁹ q eſt opus ei⁹ puta modiũ tritici.c.coriari⁹ ſit.b.ꝛ.d.ſit opus ei⁹ adeq̃tũ.ſ.tot calciamẽta q̃ valeãt modiũ tritici. Erit igitur iuſte ꝯtrapaſſum ſi.d.qδ eſt opus coriarij adeq̃tũ modio tritici reddaꝫ.a.ſ.agricole ꝓ.c.ſ.ꝓ modio tritici:ꝛ ſi nõ ſit talis ꝯpaſſio hoĩes nõ cõmunicabũt ſuas res ad inuicẽ. G D

Agricola .A.	Coriarius .B.
.C. Cibus	D. Opus coriarij

I ¶ Ipsaz aũt indigẽtiã ɔtinere vt qd vnũ hoc sane declarat. Cũ.n.aut ambo sese nõ idigẽt mutuo aut aliter: nõ fit permutatio sicut fit cũ eius qspiã indiget hoc hz ipse: vt vini pro quo dat ille triticũ exportanduz. Opz igit hec redigi ad equalitatẽ. Qd si nũc non indigeat: numus intercedit ꝓ permutatione futura ipsaz si indiguerit fore. Liceat.n.opz hunc afferẽti accipere. Patitur igit idẽ ⁊ ipse: nõ eniz semꝑ equale põt: attamen magis ipse persistere solet. Idcirco definite sint ꝑcio res ois opz: sic.n.erit ꝑmutatio semper. Que si erit societas erit. Numis igit vt mẽsura res ipsas metiendo redigit ad equalitatẽ. Eteniz neqz societas fuerit sine permutatione: neqz ꝑmutatio sine eqlitate: neqz eqli-
K tas sine cõmuni mẽsura. Atqz re qdẽ vera fieri neqt: vt ea que adeo differũt conueniant cõmuni mensura: attamen indigẽtie rõne satisfieri põt. Unũ qd igit esse opz: atqz hoc ex positiõe: quapropter numus vocat. Hic eniz facit vt oia mensura cõueniant: mẽsurant.n. oia numo. Sit domus qdez. A. Uncie aũt decẽ. B. ⁊ lectica collocet in. C. Atqz A. qdẽ dimidiuz sit ipsius B. si preciũ dom⁹ qnqz vncie sint aut eqle. B. ipsi. C. aũt: id est lectica sit pars decima ipsius B Patet igit ꝙ lectice domui sunt equales: sunt enim quinque.

Domus	Uncie decem	Lectica
.A.	.B.	.C.
.V.		.I.

L Hoc aũt mõ ꝑmutatio erat anteq̃ esset numus: nihil enim interest siue lectice quinque siue precium quinqz lecticaꝝ detur pro domo. Dictum est igitur quid nam sit iustum atqz iniustum.

¶ Qm̃ aũt indigẽtia cõtinet queadmodũ vnuz qd ens ostẽdit: qm̃ cũ nõ in necessitate sunt ad inuicẽ vel vterqz vel alter nõ cõicant: queadmodũ cũ eius qd hz ipse idiget qs: puta vini dans frumenti eductionem. Opz ergo hec equari. ¶ Pro futura aũt cõmutatiõe: si nũc nihil indiget: qm̃ erit si indigeat numisma puta fideiussor est nobis. Opz eniz h̃ ferẽti oẽ accipe: patit qdẽ igit ⁊ h̃ idez. Nõ.n.semꝑ eqle põt. verũtñ
M vult manere magis. ¶ Propter qd opz oia appreciari. Sic.n.erit semꝑ cõmutatio. si autẽ h: cõicatio. numisma vtiqz: queadmodũ mẽsura cõmensurata faciẽs: equat. Neqz.n.vtiqz non existẽte cõmutatione cõicatio erit: neqz cõmutatio eqlitate nõ existẽte: neqz eqlitas nõ existẽte commensuratione: ꝺm veritatẽ qdem ipoſſe tñ dña cõmensurata fieri: ad indigẽtiã aũt cõuenit sufficiẽter: vnũ vtiqz opz eẽ. Hoc aũt ex suppõne: pp qd ⁊ numisma vocat: hoc.n.oia facit cõmẽsurata. Mensurant.n.oia numismate. Dom⁹ in quo.a.mnarũ qnqz: lectus in quo.b mna dignus. Lectus aũt qnta pars domus vtiqz erit. Manifestũ igit quãti lecti equales domui: qm̃ qnqz: qm̃ aũt sic cõmutatio erat añq̃ numisma N
erat manifestũ est: refert eniz nihil vl lecti qnqz pro domo: vel quanti qnque lecti. Qd qdẽ igit iustum: ⁊ qd iniustum est/dictum est.

¶ Hec est 4ª ꝑticula tertie partis: in qua ostẽdit qũo indigentia humana est mensura: ⁊ qũo denarius seu numisma est mensura: ⁊ intendit dicere ꝙ indigẽtia humana continet oia cõmutabilia sicut qdã mẽsura ⁊ hoc est ꝑus probatũ: ⁊ hic ꝓbat idẽ per hoc ꝙ qñ hoies sic se hñt ad inuicem ꝙ vterqz vel alter nõ idiget re quã alius hz nõ cõmutant ad inuicẽ: sed qñ vterqz indiget re alteri⁹ tũc cõicant ad inuicẽ cõmutando ad inuicẽ res suas. Et sic pz ꝙ indigentia est regula ⁊ mensura cõmutationũ ⁊ rerũ cõmutabiliũ. [Pro futura.] Ostendit qũo numisma est mensura: ⁊ intendit ꝙ numisma est mensura nõ soluz ꝑ necessitate presenti: sed etiã pro necessitate futura: numisma est nobis q̃si fideiussor. Si enim homo in p̃senti nullo indigeat: sed forte idigebit in futuro: si hz denarios qñ idigebit afferat denarios ⁊ recipiet illud: quo idiget tñ denarius patit hoc qd patiunt alie res. s. ꝙ nõ semꝑ homo accipiet pro denario equalr qd vult ⁊ quo indiget. Nõ enim semꝑ est denarius eiusdez valoris: sicut nec res alie: tñ denarius talis dz esse institutus vt magis permaneat in eodẽ valore q̃ alie O
res. [Propter qd opz.] Necesse est eniz ꝙ talis sit mensura istituta cuiusmodi est denarius ad hoc ꝙ possit fieri cõmutatio reꝝ inter hoies. Numisma.n.adequat res cõmutabiles: sicut qdã mẽsura faciẽs eas cõmẽsuratas: ꝺz veritatẽ tñ ⁊ ꝺm ꝓprietatẽ ipsaꝝ rerũ ipoſſe est res tm̃ differentes cõmẽsurari: sed solũ per cõparationẽ ad indigẽtiã hoiuz pñt cõtineri sub vna cõmuni mẽsura: ⁊ iõ numisma nõ cõmẽsurat res cõmutabiles ex sui nã: sed ꝑ institutionẽ: ⁊ hoc per cõparationẽ ad indigentiaz humanaz: ⁊ illud qd dictũ est manifestat in terminis: vt patet. P

¶ His aũt determinatis cõstat iuris actionẽ medium inter hec esse: agere inquã ac pati iniuriã. Alterũ eniz est plus habere alterũ minus. Iustitia aũt nõ eodem mõ quo priores ṽtutes mediocritas est. Sed ꝙ medij est iniustitia ṽo extremoꝝ. Et iustitia qdez est qua iustus dicit: actiuus electione iusti atqz distributiuus: ⁊ sibiipsi ad aliuz: ac alij ad aliũ. nõ hoc modo vt cõmodi quidẽ plus sibi tribuat: ⁊ ꝓximo minus. Incõmodi aũt cõtra: sed equi qd ex cõparatione rationum exoritur: ⁊ alij simili modo ad alium.

¶ Determinatis aũt his manifestum: qm̃ iusta 4ª pꝰ
opatio mediũ est eius qd est iniustũ facẽ ⁊ in- Q
iustũ pati: hoc qdez eniz plus hr̃e: hoc aũt minus est. ¶ Iustitia aũt medietas est: nõ ꝺz eundẽ ꝑdictũ modum ꝑdictis ṽtutibus: sed mediũ est: iniustitia aũt extremoꝝ. ¶ Et qdez iustitia Quid iustitia.
est habitus ꝺm quẽ iustus dr̃ opatiu⁹ ꝺz electionẽ iusti: ⁊ distributiu⁹ ⁊ ipsi ad aliũ: ⁊ alteri ad alterũ nõ sic: qm̃ eligibilis qdẽ plus ipsi: minus aũt ꝓximo: nociui aũt ecõuerso: sed eqlis ei⁹ qd ꝺm ꝓportionalitatẽ: silr aũt alij ad alium.

¶ Hec est 4ª pars ꝑncipalis huius capl'i: in qua Phs ostẽso iusto qũo est mediũ: ostẽdit qũo iustitia est mediũ: ⁊ cõtinet tres ꝑticulas. In ꝑma eniz ostẽdit qualr opatio iustitie est mediũ ⁊ qualr iustitia est mediuz. In 2ª ꝑticula ibi [Iniustitia aũt.] ostẽdit q̃lis habitus est iniustitia: ⁊ q̃ sũt iniustificationes. In 3ª ibi [De iustitia qdẽ igit.] epilogat

que

A que dicta sunt. In p̄ma igit̄ ꝑticula q̄ habitus cognoscunt̄ per actus. p̄mo dicit q̄uo opatio iustitie est mediū dicens ꝙ opatio que est actus iustitie est mediū iter iniustū facere ⁊ iniustū pati: quoꝝ alterū. s. iniustū facere est plus hēre q̄ sit debitū: alteꝝ aūt. s. iniustū pati est minus hēre: ꝑꝑ hoc ꝙ aliqs p̄uat̄ eo qđ sibi debet̄. Actus aūt iustitie est facere equale qđ est mediū inter plus ⁊ minus: ⁊ pōt hic poni cō-

22ᵘˢ cōclo p̄ncipalis. 5. li. clusio 22ᵃ. s. ꝙ opatio iustitie est medium inter hēre plus ⁊ minus: que ꝓbat̄ sic. Opatio iustitie est mediū inter iniustū facere ⁊ iniustū pati: sed iniustū facere est habere plus q̄ sit debitū: ⁊ iniustū pati est habere minus q̄ debitū sit: ergo opatio iustitie est mediū iter habere plus ⁊ hēre minus. [Iustitia aūt.] ostēdit qualr̄ iustitia est mediū: ⁊ itēdit ꝙ iustitia nō est medietas inter duas malitias sicut alie virtutes que sunt circa passiones: sed est medietas effectiue: q̄ cōstituit mediū inter iniustū facere ⁊ iniustū pati: quorum duoꝝ alterū tm̄. s. iniustum facere pertinet ad malitiā. s. ad

B iniustitiā inq̄ntū accipit sibi plus de bonis ⁊ minus de malis: sed iniustū pati nō ꝑtinet ad malitiā: sed magis est pena. Ex his pōt ꝓbari ꝙ iustitia nō est medietas duaꝝ malitiaꝝ: ⁊ hec est ꝯclo 23ᵃ que sic ꝓbat̄. Quia iustitia est me-

23ᵘˢ cōclo p̄ncipalis. 5. li. diū inter iniustū facere ⁊ iniustū pati: sʒ ista non sunt due malitie: q̄ iniustū facere bn̄ est malitia: sʒ iniustū pati nō est malitia sʒ magis pena. [Et habitus q̄dē iustitia.] istō. s. ꝙ iustitia nō est medietas duaꝝ malitiaꝝ: pʒ ex hoc ꝙ iustitia est habitus opatiuus iusti ꝑm electionem: qđ veꝝ est taʒ de iustitia distributiua q̄ cōmutatiua. Pōt eniʒ aliqs ꝑm electionē opari iustū taʒ in cōmutationibꝰ q̄ in distributionibꝰ: ⁊ hoc duplr̄. vno mō inter se ⁊ alteꝝ: ⁊ quātū ad hoc dicit ꝙ ipsi ad aliū. alio mō inter duos alios qđ pertinet ad iudicē vel arbitrū. vn̄ subdit ⁊ alteri ad alteꝝ. Q̄uo aūt iustus operet̄ iustū manifestat ꝑ exclusionē 2ᵘ. d. non qđ sic facit ꝙ de rebus eligibilibꝰ puta diuitijs ⁊ honoribꝰ

C plus cōferat sibi ⁊ minus ꝓximo: ⁊ de rebus nociuis. i. laboriosis ⁊ penalibus econtrario. s. plus ꝓximo q̄ sibi: sed equalr̄ ꝑm ꝓportionem ⁊ hoc obseruat nō solum inter se ⁊ aliū: sed etiam inter duos alios.

¶ Iniustitia aūt cōtra iniusti. Hoc aūt est nimiū ⁊ paruū: cōmodi vel incōmodi cōtra cōparationē rationū. Quapꝑ iniustitia exuperatio est ⁊ defectus: q̄ est exuperationis ⁊ defectus. In se q̄dē exupatiōis eiꝰ qđ est simplr̄ cōmodū: ⁊ defectus eius qđ est incōmodū. In alijs aūt totius q̄dē silr̄: eius v̄o qđ a cōparatione rōnū exorbitat vt cōtigerit. Iniuria aūt minor q̄dē est iniuriaʒ pati: maior aūt iniuriam facere.

Quid. iniustitia. ¶ Iniustitia aūt ecōtrario iniusti: hoc aūt est su-

D perabūdātia ⁊ defectus vtilis vel nociui preter ꝓportionale: ꝑꝑ qđ supabundātia ⁊ defectus. Iniustus aūt: q̄m superabūdātia ⁊ defectꝰ est in seipso q̄deʒ supabūdātia simplr̄ vtilis: defectus aūt nociui. In alijs aūt totū q̄dē similiter. qđ autē preter ꝓportionale qualiter contingit.

¶ Iniustificationis aūt qđ quidē minus iniustum pati est: qđ aūt malus iniustū facere.

¶ Hec est 2ᵃ particula: in qua ostēdit q̄s ⁊ q̄lis habitus sit iniustitia: ⁊ dicit ꝙ iniustitia ecōtrario est habitꝰ ꝑʒ electionē opatiuus iniusti qđ cōtingit taʒ in supabundantia q̄ in defectu reꝝ vtiliū vel nociuaꝝ quas accipit preter debitā ꝓportionē: ꝓpter hoc sicut iustitia dicit̄ esse medietas que est opatiua medij: ita iniustitia dr̄ esse abūdātia ⁊ defectꝰ: q̄ est factiua supabūdātie ⁊ defectus: ⁊ ita iniustus est qui tribuit sibiipsi supabūdandā reꝝ que sunt simplr̄ vtiles ⁊ defectū reꝝ nociuaꝝ: sed alijs tribuit totū. s. supabūdantiā ⁊ defectū: sed nō de eisdē: sed defectū vtiliū ⁊ supabundantiā nociuoꝝ: nō tn̄ est determinatū qualr̄ iniustitia debitā ꝓportionē relinquat. s. quātū plus vel quantū minus accipiat: sʒ hoc facit qualr̄cūqʒ cōtingit ꝓut sibi occurrit. E

[Iniustificatiōis aūt.] Ostēdit que sunt iniustificationes ⁊ intendit ꝙ duplex est iniustificatio. vna est que ꝯsistit in minus hēre de bonis ⁊ magis de malis: ⁊ hoc est iniustum pati. Alia est iniustificatio q̄ est hēre magis de bonis ⁊ minus de malis: ⁊ hoc est iniustū facere: sʒ hēre minus de bonis ⁊ plus de malis nō est iniustū facere sʒ iniustū pati. Istud igit̄ scilʒ hēre minus de bonis ⁊ magis de malis non ꝑtinet ad malitiā: sed potius ad penā. Cū igit̄ iustitia sit mediuʒ inter plus ⁊ minus habere: vt supra dictuʒ est: sequit̄ ꝙ iustitia nō est medium inter duas malitias.

¶ De iustitia igit̄ ac iniustitia que nā sit vtriusqʒ nā: sit dictuʒ hoc mō. Similr̄ ⁊ de iusto vlr̄ atqʒ iniusto. F

¶ De iustitia q̄dē igit̄ ⁊ iniustitia: que vtriusqʒ est natura dictuʒ sit ꝑm hunc modum: similiter ⁊ de iusto ⁊ iniusto vniuersaliter.

¶ Hec est 3ᵃ ꝑticula: in qua epilogat q̄ dicta sunt de iustitia ⁊ iniustitia. d. ꝙ dictū est de iustitia ⁊ iniustitia que sit nā vtriusqʒ: ⁊ silr̄ de iusto ⁊ iniusto: ⁊ hoc in vli: sʒ postea declarabit quosdā particulares modos iusti ⁊ iniusti.

Tractatus secūdus p̄me ꝑtis libri quinti est de iusto politico cōtinēs

Tractatꝰ scđs p̄me ꝑtis li. 5. ethicoꝝ.

q̄tuor capitula. In p̄mo mouet̄ vna dubitatio qua ostēdit q̄d est politicū iustum. In 2ᵒ capl̄o ibi [Politici aūt iusti.] ponit̄ diuisio iusti politici in sp̄es: ⁊ ēt in indiuiduas. In 3ᵒ capl̄o ibi [Existētibus aūt.] soluit q̄ōnē in p̄mo capitulo motaʒ. G In 4ᵒ capitulo ibi [Dubitabit autē vtiqʒ.] mouet ⁊ soluit quasdam alias dubitationes.

Capitulum p̄mū in quo querit̄ cū non oīs iniustū faciēs sit iniustus

ꝑʒ vnāquāqʒ iniustitiā: q̄ nō oīs q̄ furat̄ est fur: nec oīs q̄ mechat̄ est mechus: ꝑm q̄lē igit̄ iniustificationē dicet̄ aliqs iniustus: ⁊ ꝑʒ q̄lē iniustificationē h̄ est opōnē iniustam nō denolat̄ aliqs iniustus. R̄ndet̄ vno mō ꝙ q̄ agit aliqđ iniustū ꝑʒ illā iniustitiā iniustus est si ad actū ⁊ nō ad finē r̄spiciat̄: vtpote fur q̄ furat̄. Si v̄o ad finē ⁊ cuiꝰ gr̄a nō est iniustus q̄ iniustū agit ꝑʒ vnāquāqʒ iniustitiā: nisi sit sciēs ⁊ eligēs: ⁊ ꝑꝑ ꝓpriū finē agēs: ⁊ hec est intētio de iusto politico: ⁊ q̄d est politicū iustū: ⁊ i q̄bꝰ nō est iustū ꝑʒ q̄ddā sile.

¶ Cū v̄o fieri possit vt iniuriā q̄spiā faciat: ⁊ nōdum sit ipse iniustus: q̄les nā iniurias q̄piā faciēs vnaquaqʒ H iniustitia iam est iniustus: fur inquā: vel adulter: vel latro. An hoc mō nihil itererit. Eteniʒ fieri pōt vt quispiā coeat cū muliere sciens cū qua coit: sed nō ob electionis p̄ncipiū: sed ob affectū. Atqʒ iniuriā q̄dē agit: sed iniustus nō est: veluti neqʒ fur: furatus est tn̄ neqʒ adulter: adulteriū tn̄ fecit: ⁊ eodē de ceteris mō. Q̄uo igit̄ sese hʒ ad ipsuʒ iustuʒ repassio dictū est antea.

Talia aūt est iniustū facientē nōdū iniustū esse: quales aūt iniustificationes faciēs iam iniustus est ꝑm vnāquāqʒ iniustitiā: puta fur vel mechus vel latro: vel sic q̄dē nihil differt: etenim si cōmiscebit̄ mulieri sciens hoc cui: sed nō ꝓpter electionis principiū: sed ꝓpter passionem: iniustū quideʒ facit igitur: iniustus

Capitulū p̄m̄ 2. tra. p̄me ꝑtis. 5. li. ethicoꝝ. p̄ᵃ ꝑs. c.

I autem non est: puta: neqȝ fur: furatus est autẽ. neqȝ mechus: mechatus est aũt: similiter autẽ ⁊ in alijs. Qualiter quidem igitur habet cõtrapassum ad iustum dictum est prius.

Prima.c. 2 trac. di° in tres p°tes pn. **Istud est** pᵐ caplʼm scđi tractatus pme ptis qnti libri in quo incipit determiare de politico iusto qd est: ⁊ in qbus est ⁊ in qbus nõ est: ⁊ cõtinet istud caplʼm tres partes. In pma mouet̃ dubitatio de iniustificatione ⁊ iniusto. In 2° ibi[Opȝ aũt nõ latere.]Ostendit quid est politicũ iustum ⁊ quibus hꝫ iustũ cõuenit ⁊ qbus nõ. In 3° ibi[Dominatiuũ aũt iustũ.]Determinat de iusto dominatiuo ⁊ paterno: ⁊ de eo qđ est viri ad vxorẽ: que non sunt simplr̃ iusta: sed fm similitudinẽ. In pma ergo parte mouet qõnẽ que talis est. cõtingit aliquẽ facere rem iniustam: qui tñ nõ est iniustus: ⁊ cõtingit φ aliqs ex hoc φ facit rem iniustã ex hoc est iniustus. Est igit̃ dubitatio qles iniustificationes hoc est opõnes iniustoꝝ opȝ esse ad hoc φ ille q facit iniusta iam sit iniustus in vtraqȝ specie iniustitie: puta furti ⁊ adulterij: ⁊ sic de alijs. vel sic: qdeȝ nihil differt: vel forte nihil differt fm quales iniustificationes qs faciat iniusta ad hꝫ φ sit iniustus: qꝛ fm iniustificatiões cuiuscũqȝ speciei iniustitie cõtingit φ hõ fiat iniustus: ⁊ iđ questio magis habet locum de circũstantijs fm quas circũstãtias iniusta faciens fit iniustus: ⁊ fm quas nõ fit iniustus. vbi grã. cõtingit φ aliqs cõmisceat̃ cum vxore alterius non ignorans personaȝ cui cõmiscetur: nõ tamen facit hoc ex electione sed ex passione: ⁊ talis iniustũ facit nõ tamen est iniustus: qꝛ nõ operat̃ ex electione: ⁊ sic de alijs iniustificationibus. Est igit̃ questio fm quas circũstãtias faciens iniustum sit iniustus: ⁊ fm quas faciens iniustum nõ est iniustus. Alia aũt dubitatio. s. qualiter contrapassuȝ se habet ad iustum soluta est prius.

K

L ¶ Opȝ aũt nõ latere iustũ qđ nũc querit̃ id esse qđ est simplr̃ iustũ: ipsuȝ inquã iustũ ciuile. Hoc aũt est iter socios vite: vt sit sufficientia liberoꝝ atqȝ equaliũ aut in comparatione rõnũ consistens: aut in numero.

2° ps. ca. Quid iustũ politicum. ¶ Opȝ aũt nõ latere: ipsuȝ qđ querit̃: est ⁊ simpliciter ⁊ politicũ iustuȝ. Hoc aũt est cõicatio vite ad esse per se sufficientiã in liberis ⁊ equalibus: vel fm ꝓportionalitatẽ: vel fm numerũ.

¶ Hec est 2ª pars huius caplʼi: in qua pħs ostendit de quo iusto vel iniusto querit dubitatio predicta: ⁊ dicit φ de iusto ⁊ iniusto politico: de quo ostendit qd est ⁊ qbus inest: ⁊ cõtinet hec pars q̃tuor particulas. In pma particula narrat de quo iusto pdicta dubitatio habet locum: qꝛ de iusto simpliciter qđ est iustum politicum: ⁊ qd est iustuȝ politicuȝ. In 2° parte ibi[Quare qbus.]Ostendit φ p̃ter politicũ iustum sunt quedã alia iusta. In 3° particula ibi[Est enim iustuȝ qbus ⁊ lex.]Ostendit in qbus siue inter quos est politicũ iustuȝ. In 4° particula ibi[Propter qđ.]Concludit quedã correlaria ex predictis. In pma igit̃ particula narrando dicit φ ad euidentiã qõnis qua querit̃ quali operatione aliquis faciens iustuȝ vel iniustũ fit iustus vel iniustus: iustũ de quo nunc querit̃ est iustuȝ simplr̃: vel est politicum iustũ. Quid aũt sit politicũ iustuȝ narrat dicens φ politicũ iustũ est iustũ qđ consistit in quadã cõicatione vite que ordinatur ad hoc φ sit per se sufficientia eorum que ad vitã humanã pertinent: ⁊ talis est cõmunitas ciuilis: in qua debent inueniri que sufficiũt humane vite. Hoc aũt iustuȝ consistit in liberis ⁊ equalibus: qꝛ dominoꝝ ad seruos nõ est politicũ iustũ sed dominatiuũ vt ifra dicet̃: nec est personaꝝ inequaliũ quaꝝ vna nãli ordine vel ciuiliter subditur alteri: sicut filius patri nõ est politicũ iustuȝ sed paternum. Hoc aũt iustum politicũ vel est fm ꝓportionalitatem idest equalitateȝ ꝓportionis numeralis q̃tũ ad iustitiam distributiuaȝ: vel fm numerũ idest equalitatẽ numeralis quãtitatis quãtũ ad iustitiã cõmutatiuaȝ.

M

N

¶ Quare in qbus hoc nõ est: inter eos ciuile iustũ non est: sed qđdã iustum ⁊ per similitudinẽ quãdam.

¶ Quare qbus nõ est hoc: nõ est his ad inuiceȝ politicũ iustũ sꝫ qđdã iustũ ⁊ fꝫ si͞litudinem.

¶ Hec est 2ª particula: in qua ostendit φ preter politicum iustum sunt quedã alia iusta dicens φ ex quo iustũ politicum cõsistit in liberis ⁊ equalibus: qbus nõ inest hoc. s. φ sint liberi vel equales / his nõ est adinuicẽ politicũ iustuȝ: qđ est simplr̃ iustũ: sed qđdã iustũ vt dominatiuũ vel paternum quod est fm quid iustum scilicet inquantũ habet aliquã similitudinem politici iusti. O

¶ In iis. n. est iustũ qbus inter se ponit̃ lex. Lex aũt iis poni solet in qbus est iniustitia. Judiciũ. n. diiudicatio est iusti atqȝ iniusti. In qbus võ est iniustitia in iis est ẽt iniuriã facere: sed nõ in oĩbus est iniustitia in qbus est iniuriã facere. Hoc aũt est plus qdẽ ex simplr̃ bonis: minus aũt ex simplr̃ malis sibi tribuere.

¶ Est enim iustũ qbus ⁊ lex ad ipsos: lex aũt in qbus iniustitia: vindicta eniȝ iudicium iusti ⁊ iniusti. In qbus aũt est iniustitia in eisdẽ iniustuȝ facere: sed in qbus iniustũ facere nõ oĩbus iniustitia. Et hoc aũt est plus ipsi tribuere simpliciter bonoꝝ: minus aũt simplr̃ maloꝝ.

¶ Hec est 3° particula in qua ostendit: in quibus siue inter quos est politicũ iustũ: ⁊ intendit φ iustum politicũ pncipalr̃ solũ est in liberis ⁊ equalibus: ⁊ hec est cõclusio 24ª P 24ª cõclu° 5.4.
que sic probat̃. Solum illis inest iustũ politicum ad quos datur lex. sed lex nõ datur pncipalr̃ pro seruis qui cohibẽtur a dominis nec pro filijs qui cohibent̃ a patribus: sed pro liberis ⁊ equalibus: intelligẽdo per equales tales quorum neuter nãliter vel ciuiliter subditur alteri sicut filius subdit̃ patri. Maior huius rõnis. s. φ in illis sit politicuȝ iustũ ad quos datur lex: declarat̃ per hoc φ iustitia ⁊ iniustitia in eisdẽ sunt. Lex aũt datur ad illos in qbus potest esse iniustitia. qđ pȝ: qꝛ vindicta que fit fm legẽ nihil aliud est q̃ȝ iudiciũ de iniusto: ex quo pȝ φ lex datur ad eos qb° põt esse iniustitia siue iniustũ: ⁊ per ꝯñs in qbus est iustuȝ. In qbuscũqȝ eniȝ est iniustitia in his inuenit̃ iniustũ facere: sed nõ cõuertit̃: qꝛ sicut dictum est in 2° huius cõtingit aliquẽ facere virtuosa sine v̾tute sił̃r vitiosa absqȝ habitu vitij. Hoc aũt iniustũ nihil aliud est q̃ȝ φ aliqs attribuat sibiipsi plus de his q̃ sũt simplr̃ ⁊ absolute bona cuiusmodi sũt diuitie ⁊ honores: ⁊ minus de his q̃ sunt simplr̃ mala cuiusmodi sũt labores ⁊ inhonorationes: ⁊ sic de alijs. Q

¶ Idcirco non sinimus hoiem dominari sed rõnem: qa sibiipsi id facit ⁊ fit tyrãnus: magistrat° aũt custos est iusti. Qđ si iusti ⁊ equi: atqȝ quia nihil sibiipsi plus tribuendũ esse censet si est iustus. Ex simplr̃ eni bono plus sibi nõ tribuit nisi cõpatiõe rõnũ sit ad ipsuȝ accõmodatũ: iđ aliȷ̃ nõ sibiipsi laborat. Atqȝ ob idipsuȝ alienũ inquunt iustitiã esse: sicut ⁊ antea diximus. Merces ergo quedã tribuenda est ipsi: honor inquã ⁊ premiuȝ: sed qbus hec nõ sufficiunt ii fiunt tyranni.

¶ Propter qđ nõ sinimus principari hoieȝ: sed rõnẽ: qm̃ sibiipsi hoc facit: ⁊ fit tyrannus. Est

A autē princeps custos iusti: τ si iusti τ equalis. ℂ Quia aūt nihil ipsi plus esse videt si qdē iustus: nō enim tribuit simplr boni ipsi: si non ad ipsuz ꝓportionale est: iō alteri laborat: τ ꝓpter hoc alienū aiunt esse bonū iustitiā: queadmodum dictū est prius. ℂ Merces aūt ergo q̄dā danda hec aūt honor τ gloria. Quibus aūt nō sufficientia hec: isti sunt tyranni.

Tra secūda.

ℂ Hec est 4ª pticula: in qua cōcludit tria correlaria ex predictis. pꝰm est φ in recta gubernatione multitudis non permittit φ hoies ꝑncipent idest ſm voluntatē τ passionem humanā: sed permittit φ ratio τ lex ꝑncipētur. τ hec propositio sic intellecta. In recta gubernatione multitudinis nō ꝑmittit φ hoies ꝑncipent est cōclo 25ª τ ꝓbat sic. In recta gubernatione multitudinis nō permittit φ aliqs ꝑncipet qui sibi accipiat plus equo de bonis τ minus de malis: qꝛ sic fieret tyrannus: qđ est cōtra rectā gubernationez multitudinis: sed si hoies ꝑncipent ſm volūtatē τ ſꝫ passiones humanas facient hoc. s. φ plus accipient sibi de bonis τ minꝰ de malis: qđ nō permittit in recta gubernatione multitudis. igit in recta gubernatione multitudis non permittit φ hoies ꝑncipent. s. ſm voluntatez τ passiones humanas: sed ſꝫ rōnē: cū hoc sit ꝯtra rōnē ꝑncipis φ ipse accipiat sibi plus de bonis q̄ꝫ sibi debet. Ad hoc enim est ꝑnceps institutus vt custodiat iustitiā: τ per ꝯñs eq̄litatē quā preteriret si plus vsurparet sibi de bonis τ minus de malis. [Quia aūt nihil.] Scđz correlariū est φ qꝛ ꝑnceps si sit iustus nihil plus attribuit sibi ð bonis q̄ꝫ alijs: nisi forte ſm debitā ꝓportionē iustitie distributiue: ideo ꝑnceps nō laborat circa vtilitatē ꝓpriaz sed alioꝝ: τ est hec ꝯclo 26ª: τ ꝓbat ꝑ hoc φ ꝑnceps nō plus sibi attribuit q̄ꝫ alijs: nisi ſꝫ debitā ꝓportionē: τ ēt ꝓpter hoc φ de numero virtutū sola iustitia videt esse alienū bonū: vt ꝑus dictum est in isto qnto. [Merces aūt.] Tertiū correlariū est φ quilibet dꝫ dare mercedē ei q per se laborat: τ ꝑncipi laborat pro multitudine: iō danda est merces ꝑncipi: τ hoc est correlariū tertiū τ cōclusio 27ª. s. φ danda est a multitudine merces ꝑncipi: τ ꝓbat per hoc φ qlibet dꝫ dare mercedē ei qui pro se laborat τ ꝑnceps laborat ꝓ multitudie: ideo τc. Hec aūt merces que danda est ꝑncipi est honor τ gloria que sunt maxīa bonoꝝ que ab hoībus dari pñt: τ si sint aliqui ꝑncipes qbus ista nō sufficiunt pro mercede: sꝫ querunt lucrū: isti sunt iniusti τ fiunt tyranni: τ super hanc mercedē exhibitā ab hominibꝰ que est honor τ gloria boni ꝑncipes expectant mercedem a deo.

25ª ꝯclo huiꝰ. 5. li.

B

C

26ª ꝯclo huiꝰ. 5. li.

27ª ꝯclo huiꝰ. 5. li.

D ℂ Herile aūt paternūqꝫ iustū nō idē: sed his est sile: nō est. n. iniustitia ad sua simplr. Id aūt qđ possidet τ filiꝰ quādiu sit paruus τ nō separatus: vt pars ipsiꝰ est patris: se vō nemo vult ledere. Quapꝑ nō est ad seipsuz iniustitia. Neqꝫ ergo iustū neqꝫ iniustū ciuile: est enīz lege: atqꝫ in his est in qbus lex esse pōt. Qui qdē ii sūt qbus inest equalitas iperandi atqꝫ parendi. Idcirco magis ad vxorez iustū esse videt q̄ꝫ ad filios τ ea que possident: hoc enim est rei familiaris iustum. Uerum τ hoc aliud est a ciuili.

ꝓ ca. ℂ Dominatiuū aūt iustū τ paternū nō idē his: sed simile. nō enīz est iniustitia ad q̄ ipsius simplr. Possessio aūt τ filiꝰ vsqꝫ vtiqꝫ fit pelicon τ nō separet queadmodū ꝑs ipsiꝰ: seipsuz autē nullus eligit nocere: ꝓpter qđ nō est iniustitia ad seipsuz. ℂ Nō ergo iniustū neqꝫ iustū politicū: ſm legē enīz erat: τ in qbus natū erat esse lex. Isti aūt erant qbus existit equalitas: qđ est principari τ subijci. ℂ Propter qđ ad vxorez magis est iustū q̄ꝫ ad natos τ possessiōes. h enī iconomicū iustū. Alterū aūt est τ h a politico.

E

ℂ Hec est 3ª pars huius capli: in qua Phs determinat de iusto domiatiuo τ paterno: τ eo qđ est viri ad vxorē: τ intēdit φ nec iustū dominatiuū qđ est domini ad seruū: nec iustū paternū qđ est patris ad filiū est iustū politicum seu simplr iustū: τ hec est ꝯclo 28ª τ ꝓbat dupl r. Primo sic. Dominis ad ea que sunt suiipsius nō pōt esse simplr iustitia: nec simplr iniustitia: quia tam iustitia q̄ꝫ iniustitia est ad alterum: sed seruus est dñi tanq̄ꝫ eius possessio: τ filius quousqꝫ est pelicon idest magnus τ separet a patre ꝑ emancipationē est sicut pars patris: sed hoīs ad seipsum nō est iniustitia simplr. igit nec iustitia simplr. Qꝛ aūt hominis ad seipsuz non sit iniustitia: pꝫ per hoc φ nullus eligit sibiipsi nocere. vñ pꝫ φ simplr loquēdo nec est iustū nec iniustuz dñi ad seruū: nec pris ad filiū sꝫ solū ſꝫ similitudinez. [Nō ergo iniustuz neqꝫ iustū politicū.] Et si ita eēt φ iustū dñatiuū vel paternū esset simplr iustū: nō tñ esset iustū politicū: qđ sic ꝓbat: τ est scđa ꝓbatio ꝯclonis imediate ꝑcedētis. Iustū politicū est ſm legē: τ in qbus nata est esse lex: hꝰ sunt illi qbus cōpetit equalitas quātuz ad hoc qđ est ꝑncipari τ subijci ita φ vnus eoꝝ nō subijcit alteri: sꝫ seruus subijcitur dño τ filius patri. igit in his nō est politicū iustū. igitur nec iustū dominatiuū: qđ est dñi ad seruū: nec iustū paternū qđ est patris ad filiū est iustū politicū. [Propter qđ ad vxorē magis.] Determiat ð iusto vxorio: τ ꝓbat φ iustum qđ est viri ad vxorē est magis iustū q̄ꝫ iustum qđ est patris ad filiū aut dñi ad seruū: τ hec est cōclusio 29ª τ ꝓbatur sic. Ubi est minor subiectio vnius sub altero: ibi est maior eq̄litas: τ per ꝯñs magis iustuz: sed vxor est minus subiecta viro q̄ꝫ seruus dño vel filius pñi: iō iustum qđ est viri ad vxorē est magis iustū q̄ꝫ iustū qđ est pris ad filiuz vel domini ad seruū. Iustū aūt qđ est viri ad vxorē est iustum iconomicū: qꝛ vir preest in domo sicut ꝑnceps in ciuitate. Istud aūt iustū iconomicū est alterū a iusto politico: sicut domus est alia in ciuitate. Et sic pꝫ quid est iustū politicū: τ in quibus habet esse.

28ª ꝯclo huiꝰ. 5. li.

F

G

29ª ꝯclo huiꝰ. 5. li.

Capitulum secundū tractatꝰ scđi ꝑme ptis libri qnti de diuisione

iusti in nāle τ legale: τ qd vtrūqꝫ. s. hoc vbiqꝫ idez: hoc vō ex positione τ mobile: τ nō est sicut qbusdā vꝫ φ oē iustū est mobile: sed iustū naturale oībꝰ nālr hñtibꝰ idē τ imobile est. Nō naturalr aūt hñtibus mobile: τ φ ab hñtibꝰ nālr cognoscit iustū nāle τ discernit a legali: τ φ legale ſꝫ diuersas vrbanitates est diuersuz. Optima aūt vrbanitas semꝑ eadē apud oēs nālr hñtes: τ φ iusta legalia ad operata ſm ipsa sunt vt vle ad singulare: τ φ iustū τ iniustuz differūt a iustificatione τ iniustificatione: τ quo.

D

ℂ Ciuilis iusti aliud est naturale: aliud legitimum.

Politici autem iusti. Hoc qdem naturale est: hoc autem legale.

Capꝫ 2m trac. 2. ꝑe ptis lib. 5. ethicoꝝ. ꝑª ps. c. Scđi ca. trac. 2. diª in duas ꝑtes ꝑn.

Istud est caplꝫ 2m tractatus scđi libri qnti τ est de diuisiōe politici iusti τ cōtinet duas ꝑtes ꝑncipales. In ꝑma ponit diuisio politici iusti in suas spēs. In 2ª ibi [Iustoꝝ aūt τ legaliū.] Narrat q̄lr iustū politicū se hꝫ ad indiuidua τ ꝑticularia. Prima ꝑs cōtinet tres ꝑticulas. In ꝑma ponit diuisio politici iusti. In 2ª ibi [Naturale qdē.] manifestat mēbra diuisionis. In 3ª ibi [Uidet aūt qbusdā.] Phs excludit erro-

I rem circa p̄dictā diuisionē. ¶ In p̄ma igiẗ particula dicit ꝙ iustū politicū diuidiẗ in duo. s. in iustuz nãle ⁊ in iustuz
Nõn^m legale. ¶ Intelligendū est ꝙ hec diuisio iusti est eadē cuz diuisione iuris quā ponūt iuriste. s. ꝙ qdda3 est ius nãle ⁊ qddā est ius positiuū. Illud eniz idē qd iuriste vocant ius,
Dubiuz Aristo. noiat iustū. Sed dubiū est: qr videẗ ꝙ Aristoteles ⁊ iuriste nō cōueniāt in diuisione iuris ⁊ iusti qr politicuz idē est qd ciuile. Nūc aūt iuriste ponunt ꝙ ius positiuum diuidiẗ in ius ciuile ita ꝙ ius ciuile sit diuidēs: ⁊ ph̄s ponit iustū politicū esse diuisuz. igiẗ nō est idē ius ciuile apd
Solo. iuristas ⁊ ius politicū apud Aristotelē. Dōm est cōcedēdo ꝙ aliter poniẗ politicū vel ciuile hic apud ph̄m ⁊ aliter apud iuristas. Nā ph̄s noiat hic iustū politicum vel ciuile ex vsu quo ciues vtunẗ: sed iuriste noiant ius politicum vel ciuile ex cōstitutione ciuitatis. s. ex eo ꝙ aliqua ciuitas tale ius sibi cōstituit: ⁊ hoc ꝯuenienter vocaẗ a ph̄o iustū legale idest a lege positū: qd iuriste noiant politicum: ⁊ ita
K cōuenienter diuidiẗ iustū politicū qd nominaẗ ab vsu ciuitatis vel ciuiū in nãle ⁊ legale: naz ciues vtunẗ tam iusto naturali qd nā indidit menti humane: q̄3 iusto legali quod est iustum positiuum ex cōstitutione ciuium.

(Diuersitas de philosophis iuristisq3 capiunt iustum politicum.)

¶ Et naturale qdez est qd vbiq3 vim h3 eandē: ⁊ non qr videẗ vel nō videẗ. Legitimū aūt qd a p̄ncipio qdē nihil refert sic an aliter habeat: cū vō positū fuerit refert: quale est mina captiuos redimi: vel capram dīs sed nō duas oues mactare: ⁊ ēt ea que de singulis lege iubētur: vt sacra brasíde facere: ⁊ que publicis decretis instituuntur.

¶ Naturale qdē qd vbiq3 h3 eandē potentiam.
L ¶ Et non inuideri vel non. ¶ Legale aūt ꝙ ex principio qdē nihil differt sic vel aliter: quādo aūt poniẗ differt: puta viua redimi vel capram sacrificare: sed nō duas oues. Adhuc que in singularibus lege ponūt: puta sacrificare brasíde.
¶ Et sententialia.

¶ Hec est 2ª pticula p̄me partis: in qua manifestat mēbra diuisionis premisse. ⁊ p̄mo qd sit ius nãle. 2º ibi[Legale aūt.] Manifestat iustum legale. Iustuz aūt nãle manifestat duplr. s. per effectuz ⁊ per cām. per effectum dicens ꝙ iustum nãle est qd vbiq3 h3 eandez potentiā ⁊ virtutē ad inducendum ad bonuz ⁊ cohercenduz a malo: cuius ratio est qr natura que est cā huius iusti est eadez vbiq3 ⁊ apud oēs. [Et nō inuideri.] Manifestat istud iustū s̄m causam dicens: ꝙ iustuz naturale nō ꝯsistit in videri vel nō vide
Nõn^m ri: idest nō oritur ex opinione humana sed ex nã. ¶ Sciē
M dum est ꝙ sicut in speculatiuis sunt quedaz p̄ncipia nãlr cognita vt p̄ncipia indemōstrabilia: ita in operatiuis sunt quedā p̄ncipia naturalr cognita: ⁊ quasi sūt p̄ncipia indemonstrabilia sicut ꝙ malū est vitādū ⁊ ꝙ nulli sit iniuste nocendū: nō est furanduz ⁊ similia. Alia vō per industriā hominū sunt cognita ⁊ adinuēta que dicunẗ iusta legalia.
Nõn^m ¶ Notandū est ꝙ ius nãle aliter accipiẗ apud iuristas ⁊ aliter apud ph̄m. Iustū enim nãle dr̄ ad qd nãle desideriū hoīs iclinaẗ: nūc aūt in homine est duplex natura. vna cōmunis sibi ⁊ alijs aīalibus q̄ cōpetit sibi s3 ꝙ aīal. Alia est natura hominis ꝓpria que sibi competit s̄m ꝙ homo ꝑut s̄m rōnem discernit turpe ⁊ honestuz: mō iuriste tn̄ dicunt illud iustum nãle qd consequiẗ inclinationē nature cōmunis homini ⁊ alijs aīalibus: cuiusmodi est cōiunctio maris ⁊ femine: educatio natoꝝ ⁊ alia hꝰ. s3 illud qd cōsequiẗ ꝓpriaz inclinationē nature humane. s. inquantū homo est aīal rationale vocant iuriste ius gentium: qr eo

(Alr ph̄i alr iuriste ius nãle accipiunt.)

(Duplex hoīs nã.)

N omnes gentes vtuntur sicut ꝙ pacta sint obseruandā ⁊ ꝙ legati etiā apud hostes sint tuti ⁊ ꝯsimilia. Utrūq3 hoꝝ. s. ꝙ sequiẗ naturam hoīs s̄m ꝙ aīal ⁊ ꝙ sequitur nãm hoīs s̄m ꝙ homo cōprehēdiẗ hic sub iusto naturali ꝑut hic accipitur a ph̄o. [Legale aūt.] Manifestat aliud mēbrum scilz iustū legale: ⁊ videẗ ponere tres differētias huiꝰ iusti. ¶ Prima est ꝙ illud est iustū legale qd cōmuniter a lege ponitur ⁊ quātū ad hoc dicit qd legale ex p̄ncipio quidem hoc est anteq̄3 a lege statuaẗ nihil differt vtꝝ sic vel aliter fiat: sed iaz qñ ponitur ⁊ a lege statuitur multuz differt: qr hoc seruare tunc est iustuz: ⁊ hoc preterire est iniustū: sicut in aliqua ciuitate statuiẗ ꝙ captiuꝰ redimaẗ cambio vniꝰ vel quocūq3 certo precio ⁊ ꝙ sacrificetur capra ⁊ nō due oues. ¶ Alia differentia iusti legalis est s̄m ꝙ aliqd lege statuiẗ in aliquo certo singulari vt cuz ciuitas vel p̄nceps cōcedit alicui ꝑsone singulari ꝑuilegiū qd diciẗ lex ꝑuata
O sicut in quadā ciuitate statutū est ꝙ sacrificeẗ cuidā mulieri noie brasíde que magnam vtilitatem attulit ciuitati. ¶ Tertia dr̄ia iusti legalis est ꝙ sentētie a iudicibus date dicunẗ quedā iusta legalia: ⁊ quātū ad hoc dicit. [Et sententialia.] idest sunt iusta legalia: sententialia eniz sunt applicationes iustoꝝ legaliū ad particularia facta. ¶ Sciē
Nõn^m dū ꝙ iustū legale seu positiuū semꝑ oritur a iusto naturali: sed aliqd oriri a iusto nãli [illegible]ingit duplr. Uel sicut conclusio ex p̄missis: ⁊ sic iustū positiuū vel legale nō pōt oriri a iure naturali: quia qñcūq3 ⁊ vbicūq3 premisse sūt ibi: ⁊ tunc est ēt cōclusio necessario sequēs ex p̄missis: s3 iustū naturale est semꝑ ⁊ vbiq3 idem: ideo si iustū legale oriret a iusto nãli sicut ꝯclō ex p̄missis iustū legale esset semper idem apud oēs qd falsuz est. ¶ Alio mō oriẗ aliqd ex iusto naturali per modū determinatiōis ⁊ excitatiōis. Isto
¶ Cū aūt due sint aie ptes rōnē habētes: alterius erit ipsa prudētia virtus: ipsius inquā opinatiue. Nā ⁊ opinatio circa id versat̄ qd̄ aliter sese hēre pōt: ⁊ prudētia ipsa. Atqui neq̄ habitus est cū rōne solū. Huius autē indicium est talis quidem habitus obliuionē esse: prudentie vero non esse.

3ᵃ ps ca. ¶ Duabus aūt entib⁹ ptibus aie rōnē habētiuꝫ: alterius vtiq̄ erit virtus. s. opinatiue: opio enim circa contingens aliter habere est: ⁊ prudentia.

¶ Sed tamen neq̄ habitus cum rōne solum. Signum autem quoniam obliuio talis quidez habitus est prudentie autem nō est. E

¶ Hec est 3ᵃ ps p̄ncipalis hui⁹ capli: in qua determinat de subiecto ⁊ obō prudētie. d. q̄ cū sint due ptes aie: vt dictum est p̄us. s. sciētificū ⁊ rōcinatiuū siue opinatiuū: manifestū est q̄ prudētia est virtus alteri⁹ hoꝝ. Nā opinio est circa ea que cōtingūt aliter se hēre sicut ⁊ prudētia: ⁊ sic p̄z quid est subm prudētie: q̄m ps aie opinatiua: ⁊ q̄d est eius obm: q̄r ɔtingēs aliter se hēre. Sed tñ neq̄ habitus. Sed quāuis prudētia sit habit⁹ vt dictū est: tñ prudētia nō est cū sola rōne: ⁊ h̄ pbat Phūs: ⁊ hec est ɔclo 17ᵃ q̄ pbat̄ sic. Cuiuslꝫ habit⁹ q̄ est cū sola rōne pōt eē obliuio: sed prudentia non pōt esse obliuio. ḡ prudētia nō est cū sola rōne: s̄z sit̄ cū h̄ qd̄ est cū rōne est cū appetitu recto. ¶ Hic occurrūt tria du⁹. p̄ᵐ est an ars sit virtus intellectualis distincta a prudentia. Videt̄ q̄ nō sit vi⁹ distīcta a prudētia: q̄r prudētia est circa factibilia sicut ars: qd̄ p̄z. Nā circa factibilia aliq̄ artifices dicunt̄ prudentes: vt prudens gubernator nauis ⁊ prudēs dux exercitus: ⁊ prudēs edificator. ḡ ⁊c. ¶ Item virtutis nō est virtus: sicut neq̄ motus est motus: s̄z artis est aliqua virtus rectificās appetitū artificis ad bñ operādum.
17ᵃ ɔclo hui⁹. 6. li.

F

Tria du⁹ rō p̄ᵃ p̄ᵐ duᵐ.

rō 2ᵃ

¶ Dōm q̄ est virtus: q̄r pficit artificē ad bñ operādū ⁊ est distincta ab aliis virtutib⁹ itellectualib⁹: vt p̄z p pbationes Phī in textu. ¶ Ad p̄ᵐ in ɔ̄triū dōm q̄ artifices circa factibilia nō dicunt̄ prudētes simplr̄: siue additione: sed cū additione vt prudēs dux: vel prudēs edificator: eo q̄ bñ ɔsiliant̄ de his que sūt ad finē sue artis. Prudētia aūt simplr̄ dicta est bñ ɔsiliatiua de his q̄ cōferūt ad totā vitam hoīs: ⁊ ita nulla ars est prudētia simplr̄ dicta. ¶ Ad aliud dōm q̄ virtutis itellectualis q̄ nō supponit rectitudinez appetitus bñ est virtus: ⁊ q̄r ars nō p̄supponit rectitudinē appetitus: iō ars postq̄ habuerit esse: ad bonū vsuꝫ eius reqrit virtutē moralē. s. iustitiā: sed q̄r prudētia p̄supponit rectitudinē appetitus: nā prudētia est recta rō agibiliū: ⁊ recta rō prudētie que includit rectā estimationez de fine de necessitate presupponit rectitudinē appetit⁹ de ipso fine: ⁊ iō prudētia nō est virtus moralis supueniēs: q̄r p̄supponit virtutes morales. Sed q̄r ars est solū recta ratio factibilium: ⁊ bonū artis est in artificiato ⁊ nō in artifice: nec est bonum artificis: iō nō p̄supponit appetitū rectū: ⁊ ꝑꝑ hoc ad boᵐ vsuꝫ eius idiget virtute morali quā nō necessario p̄supponit. ¶ Ad formā rōnis dico q̄ virtus itellectualis nō p̄supponit virtutē moralē: bñ tñ est virtus moralis dirigēs. ¶ 2ᵐ dubiū est. vtrū solū delectabile circa qd̄ est tēperātia corrūpat rectā estimationē prudentie. Videt̄ q̄ nō: q̄r prudētia nō solū ordinat tēperātiā sed fortitudinē ⁊ iustitiam ⁊ oppositū cuiuslibet virtutis corrūpit prudentiā: q̄r ipsoꝫ est prudētē esse nō entē bonū vt īfra dicet̄. ḡ vr̄ q̄ non solum prudētia corrūpit̄ a delectabili itēperātie: s̄z ēt a delectabili iniustitie timiditatis ⁊ audacie: ⁊ sic ēt vr̄ q̄ non plus tēperātia saluat prudētiā q̄ fortitudo vel iustitia: cui⁹ ɔ̄triū vr̄ Phūs hic dicere. ¶ Ad istā dubitationē r̄ndet Eustratius vno mō q̄ oēs virtutes morales ⁊ cardinales sorores sunt: ⁊ iō qd̄ dr̄ de vna itelligit̄ de alia: ⁊ ita qd̄ dr̄ de tēperātia q̄ saluat prudētiā: itelligit̄ de fortitudine ⁊ iustitia ⁊ aliis virtutib⁹ moralib⁹. Item dicit q̄ delectabile ꝑꝑ qd̄ generalr̄ mala facimus ⁊ triste ꝑꝑ qd̄ bona omittimus: grāliter sumunt̄ pro delectatione ⁊ tristitia circa qualꝫ māꝫ virtutis: tñ delectabile qd̄ est grāle ol virtuti ɔpropriat̄ tēperantie: q̄r ipsa versat̄ circa maxie delectabilia: vt p̄z ex 3ᵒ hui⁹: ⁊ iō ꝑ appropriationē ⁊ nō ꝑ ꝑprietatez attribuit̄ tēperātie q̄ sit prudētie saluatiua. ¶ Alr̄ adhuc dicunt aliq̄ q̄ l̄z alia delectabilia p̄beāt aliqd̄ īpedimētū estimationi
Solo.

Ad p̄ᵐ rōnem

Ad 2ᵐ rōnem.

H

Solo.

Duᵐ 2ᵐ rō

D

Solo sm Eustra.

Solo sm alios.

3 prudẽtie inquantũ ex eo℞ pñtia obnubilaẽ quodãmõ rõe: nõ tñ corrũpũt ipsã ita cõiter: sicut delectationes tactus: que sunt maxie vehemẽtes circa quas est tẽperãtia. ❡ 3° dubitaẽ. vtrũ prudẽtia sit v̄tus moralis vel intellectualis. Et vr̄ q̄ nõ sit itellectualis: q̄r cuiuslʒ v̄tutis intellectualis põt esse obliuio vt dicit p̄hs. ergo ⁊c. ❡ Itẽ forma ⁊ illõ cuius est forma sũt in eodẽ subiecto: sʒ prudẽtia est forma v̄tutũ moraliũ. ḡ est in eodẽ subiecto cũ eis: ⁊ p ɔ̃ns est v̄t⁹ moralis. ❡ Itẽ prudẽtia pficit appetitũ in ordĩe ad bo^m: sʒ v̄tutes itellectuales pficiũt subiectũ in ordine ad ve℞. ḡ prudẽtia nõ est v̄tus intellectualis sed moralis. ❡ Dõm q̄ prudẽtia est v̄tus itellectualis: q̄r pficit itellectũ in ordine ad tactũ rõcinandi ⁊ iudicãdi de agibilib⁹: iõ est v̄tus itellectualis. ❡ Ad p^m in ɔ̃riũ dico q̄ nõ cuiuslibet v̄tutis itellectualis põt eẽ obliuio: sed illius cui⁹ obm seu mã non ɔ̃tinue preiacet hoi: ⁊ circa cui⁹ mãm nõ ɔ̃tinue conuersamur: sʒ obiecta prudẽtie sunt ipsa agibilia q̄ cõtinue preiacent hoi ⁊ sue opõni: eo q̄ ɔ̃tinue versamur circa passiões ⁊ opõnes q̄ sunt p prudẽtiã regulãde. Obiecta aũt artis ⁊ scie nõ ita frequẽter nobis occurrũt: ⁊ iõ ars ⁊ scia pñt corrũpi p obliuionẽ: sʒ prudẽtia nõ. Alia rõ q̄r prudẽtia nõ cõsistit in sola rõne sʒ cũ hoc reqrit rectitudinẽ appetit⁹: ⁊ iõ nõ est silr̄ de prudẽtia ⁊ aliis v̄tutib⁹ itellectualib⁹. ❡ Ad aliud dico q̄ prudẽtia nõ est fo^a intrinseca v̄tutũ moraliũ: sed est fo^a extrinseca exẽplaris seu directiua. ❡ Ad 3^m qñ dr̄ q̄ prudẽtia ordĩat appetitũ in bo^m. Dõm q̄ ordinare appetitũ in bonũ põt esse duplr̄. vel p modũ inclinationis ⁊ hoc fit p v̄tutẽ moralẽ: vel per modũ directionis ⁊ regule: ⁊ hoc fit p prudẽtiã q̄ dirigit ⁊ regulat appetitũ respectu ei⁹ qõ est ad finẽ. Lincon. dicit q̄ prudẽtia vno mõ est v̄tus itellectualis ⁊ alio mõ cõnumeraẽ iter v̄tutes morales. Nã prudẽtia quo ad p̄mã opõnẽ suã que est cognitio agẽdo℞ ⁊ obmittẽdo℞ est v̄tus itellectualis ⁊ speculatiua: sed inquãtũ extẽdiẽ in directionẽ ope℞ iustitie tẽperãtie ⁊ fortitudis inter v̄tutes morales cõnumeraẽ. hec Lincon. ❡ Dubitaẽ circa diffõnẽ prudẽtie q̄ est habitus actiuus cũ rõne vera circa hoĩs bona ⁊ mala: hec eniʒ nõ videẽ diffõ prudẽtie: q̄r cuicũqʒ cõpetit diffõ eidẽ cõpetit ⁊ diffinitũ: sed hec diffõ competit scie morali hic tradite. Nam scia moralis cũ sit scia practica est habit⁹ actiuus ⁊ est cũ rõne vera circa hoĩs bona ⁊ mala. ḡ si diffõ esset bona: sequẽ q̄ oĩs habẽs sciam moralem esset prudẽs: ⁊ q̄ oĩs prudẽs haberet sciam moralem: qõ falsuʒ est. ❡ Dõm q̄ prudẽtia est habitus actiuus cũ rõne vera in particulari ⁊ in actu circa hoĩs bona ⁊ mala: sed scia moralis est habit⁹ cum rõne vera in vniuersali ⁊ in habitu actiuus circa hominis bona ⁊ mala: ⁊ ita differt scia moralis a prudentia.

Du^m 3^m rõ p^a

In fine hui⁹ capli rõ 2^a

rõ 3^a.

Solo.

Ad p^am rõnem

Ad 2^am rõnem. Ad 3^am rõnem. Ordinare appetitum in bonum ɔ̃tingit 2^r.

Prudẽtia quomodo moralis et intellectualis virtus est. L.

Dubium aliud circa diffõnẽ prudẽtie.

Solo.

M

Capitulum tertiũ tractatus scdi de v̄tutibus intellectualib⁹ q̄ sunt circa

p̄ncipia: in quo p̄mo ostẽdiẽ q̄ cũ habit⁹ q̄ est v̄tus intellectualis p̄ncipio℞ neqʒ sit sciẽtia neqʒ sit ars nec prudẽtia neqʒ sapiẽtia: q̄ itellect⁹ est ipso℞ p̄ncipio℞: deinde de sapiẽtia q̄ ipsa duplr̄ dr̄. s. pticulariter. s. v̄tus artis: ⁊ totalr̄: vt illa que est certissima scia℞ que circa p̄ncipia: ⁊ ẽt ea q̄ sunt ex p̄ncipiis indicat. vñ ⁊ simul est itellectus ⁊ scia.

❡ Cuʒ aũt scia existimatio sit de vl̄ibus: ⁊ iis que necessario sunt: sintqʒ demõstrabiliũ scieqʒ oĩs p̄ncipia (est eniʒ ipsa scia cũ rõne) p̄ncipiũ rei scibilis nec est sciẽtia nec ars nec prudẽtia. Scientia q̄r ip̄m scibile demonstrabile est. Ars ⁊ prudẽtia: q̄r in iis versaẽ q̄ sese aliter habere pñt. At neqʒ sapia est: est eniʒ sapiẽtis de quibusdã demonstrationẽ hẽe: qõ si ea qb⁹ verũ dicimus ⁊ nunq̃ falsuʒ in iis que pñt aut non pñt aliter sese hẽe hec sunt: scia: prudẽtia: sapiẽtia: intellectus. Ho℞ aũt triuʒ habituũ nullus esse põt: atqʒ tres dico: prudentiã: sciam: sapiam. Restat intellectũ esse p̄ncipio℞.

N

Quia aũt scia de vl̄ib⁹ est estimatio ⁊ de ex necessitate entib⁹: sunt aũt principia demonstrabiliũ ⁊ oĩs scie (cum rõne enim scia) principiũ scibilis: neqʒ vtiqʒ scia erit neqʒ ars neqʒ prudẽtia. Scibile q̄dẽ eniʒ demõstrabile: hec aũt. s. ars ⁊ prudentia sunt existẽtes circa cõtingentia alr̄ se hẽe: neqʒ vtiqʒ sapientia ho℞ est. Sapiẽtis eni de qbusdã habere demõstrationẽ est. Si vtiqʒ qb⁹ verũ dicimus ⁊ nequaq̃ mentimur circa cõtingẽtia vel nõ cõtingẽtia alr̄ habere scia ⁊ prudentia est ⁊ sapia ⁊ intell's: ho℞ aũt triũ nullũ cõtingit esse. Dico aũt tria prudentiã: sciam: ⁊ sapiam. Relinquiẽ ergo intellectũ esse principio℞.

Caput 3^m tra. 2. 6. li. ethi. p^a ps c.

O

Istud est 3^m caplm scdi tractat⁹: in quo determinaẽ de v̄tutib⁹ itellectualibus q̄ pficiũt intellectũ circa p̄n^a ⁊ cõtinet duas ptes p̄ncipales. In p^a determinaẽ de intellectu q̄ est habitus p̄ncipio℞ demonstrationis ⁊ demõstrabilium. In 2^a pte ibi [Sapia aũt.] determinat de sapia que est de p̄mis p̄ncipiis demõstrationuʒ: ⁊ ẽt est de p̄mis p̄ncipiis entiũ. In p^a ḡ pte intẽdit ostẽdere istam ɔ̃clonẽ que est 18^a hui⁹ libri q̄ itell's est habit⁹ solo℞ p̄ncipio℞ demr̃onis indemõstrabiliũ: que p̄baẽ sic. Aliq̄ v̄tus intellectualis est habitus solo℞ p̄ncipio℞ demr̃onis indemonstrabiliũ: ⁊ nec scia nec ars nec prudẽtia nec sapia est habitus solo℞ p̄ncipio℞ idemõstrabiliũ. ḡ relinquiẽ q̄ intellect⁹ est habit⁹ solo℞ p̄ncipio℞ demõstrationis idemõstrabiliũ. Maior vr̄ esse manifesta: q̄r ex quo p̄n^a demonstrationis idemõstrabilia semp sunt vera ⁊ sunt distincta ab aliis vt a ɔ̃tingentib⁹ ⁊ necc̃iis demõstrabilib⁹: videtur q̄ p̄n^a indemõstrabilia demr̃onis hñt aliquã v̄tutẽ intellectualẽ q̄ sit hit⁹ solo℞ illo℞: ita q̄ nõ alio℞. Sic. n. est aliq̄ v̄tus itellectualis que est habit⁹ sola℞ ɔ̃clonũ determinationis: ita op℞ q̄ sit aliq̄ v̄tus itellectualis que sit hit⁹ solorũ p̄ncipio℞ demr̃onis indemõstrabiliũ. Et minor declaraẽ q̃tũ ad quãlʒ eius ptẽ. ⁊ p̄ dicit q̄ q̄r scia est estimatio de vl̄ib⁹ ex necessitate entib⁹ que sũt demõstrabilia: necẽ est esse aliq̄ p̄n^a demõstrabiliũ. Nã scia est cũ rõne demõstrationis pcedẽte ex p̄ncipiis in ɔ̃clonẽ: ⁊ ex h̃ arguiẽ sic. Scia est habit⁹ ɔ̃clonis demr̃abilis: sed p̄n^a demr̃onis indemr̃abilia nõ sunt demr̃abilia: q̄r sic p̄ncipio℞ essent p̄n^a ⁊ hoc in infinitũ. ḡ scia nõ est hitus solo℞ p̄ncipio℞ idemõstrabiliũ: q̄r nõ est habit⁹ taliũ. silr̄ nec ars nec prudẽtia est habit⁹ p̄ncipio℞ idemõstrabiliũ: q̄r tã ars q̃ prudẽtia est cõtingentiũ que pñt aliter se habere: sed p̄ncipia indemõstrabilia nõ pñt aliter se habere. ḡ nec ars nec prudẽtia est habitus p̄ncipio℞ demr̃onis idemõstrabiliũ: nec est sapia habitus solo℞ p̄ncipio℞ indemõstrabiliũ: nã ad sapientem ptinet q̄ habeat demr̃onẽ de aliqb⁹ reb⁹ vt de p̄mis causis entiũ: vt ifra diceẽ. igiẽ sapia nõ est habitus solo℞ p̄ncipio℞ demr̃onis idemõstrabiliũ. Si igiẽ v̄tutes itellectuales qb⁹ ita ve℞ dicim⁹ q̄ nũq̃ subest mẽdaciũ circa cõtingentia vel nõ cõtingẽtia aliter se hñt: sunt scia ⁊ prudẽtia sub qua cõprehẽdit artẽ ⁊ sapiaʒ ⁊ intellectus ⁊ nullũ ho℞ triũ: que sũt prudẽtia scia ⁊ sapia (⁊ cõprehẽdit artem sub prudentia) cõtingit esse habituʒ solo℞ p̄ncipio℞ demonstrationis: relinquiẽ q̄ intell's est habit⁹ solo℞ p̄ncipioruʒ indemr̃abiliũ. ❡ Sciendũ q̄ itell's multiplr̄ sumiẽ: qñqʒ eniʒ accipiẽ p po^a aie: qñqʒ p actu intelligẽdi: sʒ hic accipitur

Tertiũ c. 2 tra. diuiditur in duas ptes p^a.

18^a ɔ̃clo hui⁹. 6. li.

P

Q

Nõn^m

A pitur pro habitu quo homo naturaliter cognoscit pma pn cipia complexa.

¶ Sapientiā in artibus his tribuimus: qui in ipsis sunt exactissimi. Phydiā eni sapientē scultorē lapidū dici mus: ꝛ Polycletū statuariū itidē sapientē. Atq3 hic p sapientiā nil aliud intelligimus q̄3 ipsius artis v̄tutē.

Quid sapiētia particulariter capta. 2° po. c. ¶ Sapiā3 aūt in artibus certissimis assignam⁹: puta phydiā latbomiū sapientē polycletu3 sta tuificē. hic qdē igit̄ nihil aliud significantes sa pientiam q̄3 qm̄ virtus artis est.

¶ Hec est 2ᵃ ps pncipalis hui⁹ capl'i: in qua determinat de sapia ꝛ cōtinet tres pticulas. In pma ostendit qd est sapia pticul'r sumpta. In 2ᵃ ibi ⌊Esse aūt quosdā.⌋ ostendit qd est sapia simpl'r accepta. In 3ᵃ pticula ibi ⌊Op3 ergo.⌋ cōclu
B dit correlariū. In pᵃ ergo pticula narrat q̄ nos assignam⁹ nomē sapie in certissimis artib⁹: que. s. cognoscētes pmas causas in gn̄e alicui⁹ artificij dirigunt alias artes que sunt circa idē gen⁹: sicut ars architectonica dirigit manualiter
a operātes: ꝛ s3 hūc modū dicim⁹ phydiā fuisse sapiētē late mu3 ꝛ lapidū incisorē: ꝛ polycletū sapiētē statuificē. i. facto rē statuaꝝ. vn̄ nihil aliud dicimus sapiam in arte q̄3 vlti
f ma3 perfectionē artis: que dicitur virtus artis.

¶ At quosdā etiā esse sapientes oino: nō aliqua ex pte nec aliqd aliud q̄3 sapientes arbitramur: vt in marge te dixit Homerus.

Diuum is munere: nec fossor nec durus arator.
Nec sapiens alia vlla nimirum extitit arte.
Quare ɔstat exactissimā sciētiaꝝ ipsa3 sapiam esse.

Quid sapiētia simpliciter. C ¶ Esse aūt quosdā sapiētes existimamus total'r nō s̄m ptē: nec aliud aliqd sapiētes: queadmo dū Homerus ait in margite: hunc aūt neq3 vti fossorē dij posuerūt neq3 aratorē neq3 aliter q dē sapiētē. ¶ Quare manifestū qm̄ certissima vtiq3 scientiarum erit sapientia.

¶ Hec est 2ᵃ pticula scđe ptis: in qua ostēdit qd est sapien tia simpl'r: ꝛ dicit q̄ sicut existimamus aliquos sapiētes in
E aliquo artificio: ita existimam⁹ quosdā esse sapiētes total'r respectu toti⁹ generis entiū ꝛ nō s̄m aliquā ptē3 tm̄: ita q̄ nō s3 aliqđ aliud artificiū sicut Homerus dicit de quodā q̄ dij posuerūt eū esse nō fossorē neq3 aratorē neq3 sapien tē s̄m aliqđ pticulare artificiū: s3 posuerūt eū sapiētē sim pl'r: eo q̄ cognouit pᵃ pnᵃ entiū in eo q̄ sunt entia. ⌊Quare manifestū.⌋ Ex his ɔcludit. qd est sapia simpl'r. d. sapia est certissima sciaꝝ: ꝛ hec est ɔcl'o 19ᵃ que pbat̄ per pcedētia
19ᵃ ɔcl'o hui⁹. 6. li. D sic. Sicut se h3 sapia pticularis que est de aliquo determi nato artificio ad alias artes q̄ sunt circa idē artificiū: ita se h3 sapia simpl'r ad oēs alias scias: s3 sapia pticularis q̄ est circa aliqđ artificiū est certissima oīu3 artium q̄ sunt circa idē artificiū. igit̄ sapia simpl'r est certissima sciaꝝ.

¶ Sapiētē ergo nō solū ea scire que ex pncipijs cogno scunt̄: sed ēt circa pncipia dicere vera op3. Quare sa pientia: intellectus est ꝛ scientia.

¶ Op3 ergo sapiētē nō solum que ex principijs scire: sed ꝛ circa principia verū dicere. Quare vtiq3 erit sapia intellectus ꝛ scia.

¶ Hec est 3ᵃ pticula scđe ptis: in qua ɔcludit vnū correla riū ex pdictis qđ est: q̄ sapia est itell's ꝛ scia: ꝛ hec est ɔcl'o
20ᵃ ɔcl'o hui⁹. 6. li. 20ᵃ que pbat̄ sic. Sapia est circa certissima: s3 pnᵃ demō strationū sunt certiora ɔcl'onib⁹. igit̄ op3 q̄ sapiēs nō solū sciat ea q̄ ɔcludunt̄: sed ēt op3 q̄ sciat ipsa pnᵃ ꝛ dicat veꝝ circa illa nō sic q̄ demōstret illa s3 aliquo mō notificabit E ea notificādo terminos: puta totū ꝛ ptē, equale ꝛ inequale ꝛ alia h⁹ modi q̄b⁹ cognitis statim pnᵃ demōstrationū inotescūt. vn̄ ɔcl'o pbat̄ sic. Habit⁹ ɔcl'onis demōstrationis est scia: ꝛ habitus pncipioꝝ est intellect⁹: sed sapia est habit⁹ ɔclu sionis cū sit respectu oīu3 necessarioꝝ certissima: ꝛ est ha bitus pncipioꝝ cū pnᵃ sint certissima. igit̄ sapia est intell's ꝛ scia. ¶ Circa habitū pncipioꝝ est sciēdū q̄ q̄dā sunt pn cipia cōia: quoꝝ cognitio accipit̄ ex terminis: sicut de quo libet esse vel nō esse: que vni ꝛ eidē sunt eq̄lia inter se sunt eq̄lia: ꝛ h⁹ pncipia sunt cōia oīb⁹ scientijs ꝛ cognitio istoꝝ pncipioꝝ cōiu3 accipit̄ ex cognitione terminoꝝ: ꝛ habitus pncipioꝝ cōiu3 est habitus acq̄situs ex cognitione termi noꝝ. Nō eni3 est habitus pmoꝝ pncipioꝝ nāl'r copulatus intellectui: cu3 intellectus in sua pma creatione sit sicut ta bula rasa in qua nihil depingit̄: vt p3 ex 3ᵒ de aia. Cognitio tn̄ pncipioꝝ cōiu3 dr̄ nālis: q2 habita notitia terminoꝝ in tellect⁹ nāl'r inclinat̄ in ipsa pncipia ꝛ nō per aliquē discur su3 rōnis. Alia vo sunt pncipia spālia: vt motū esse, est pnᵐ in scia nāli ꝛ eius notitia accipit̄ per sensu3: ꝛ in scia medi cinali est illud pnᵐ. oē reubarbaꝝ purgat cholerā: ꝛ cogni tio hui⁹ pncipij accipit̄ via sensus memorie ꝛ experiētie: ꝛ habitus cuiuslibet pncipij siue sit pnᵐ cōe siue spāle est habit⁹ acq̄situs ꝛ nō inditus nāliter intellectui. ¶ S3 du bitat̄ sup hoc qđ dr̄ q̄ sapia est itellectus ꝛ scia: qual'r pos sit esse veꝝ: cū sapia sit vna v̄tus intellectualis distincta a scia ꝛ intellectu. ¶ Ad illud rn̄det Eustratius. d. q̄ sapien tia est cōposita ex intellectu ꝛ scia: ꝛ distinguit̄ ab vtroq3 sicut totū distinguit̄ a suis ptibus. vn̄ sapiētia differt ab in tellectu: q2 itell's solū respicit pncipia demr̄onis: sed sapia respicit pncipia demr̄onis circa res abstractas: ꝛ etiā respi cit ɔcl'ones. vn̄ meta. notificat pncipia cōia eo mō quo no tificari pn̄t: ꝛ ēt est habitus ɔcl'onū demōstrataꝝ metaᶜᵃ differt ēt sapia a scia: q2 scia est habitus solius ɔcl'onis: sed sapia est habitus ɔclusionis: ꝛ etiā pncipioꝝ.

Nōmᵃ Principioꝝ cognitio diuersimode oriū in nobis.

T. c. 14 §.

Dubiū

Solo s̄m Eustra.

F

Capitulū quartū

tractatus scđi: in quo osten dit q̄ sapia est velut caput hn̄s sciam honorabilissimoꝝ: deinde q̄ sapia non est pru dētia pp prudētiā nō esse studiosa3: ꝛ pp ipsa3 esse ab alijs alterā. Sapia3 aūt eadē semp. pp qđ neq3 sapia idē q̄ po litica: deide q̄ sapia est scia ꝛ intellect⁹ honorabilissimoꝝ nā: deinde q̄ sapia est alia a prudētia. pp̄ter q̄ qdā3 phi dicunt̄ sapiētes: nō aūt prudētes: q2 ignorātes cōferentia sibi tandē q̄ sapia nō est prudētia pp prudentiā esse non solū vl'iu3: s3 ēt singulariū. pp̄ter qđ experti magis actiui q̄busdā scientib⁹ ꝛ experiētia eligibilior ad operādum q̄3 scientia sicut architectonica in agibilibus.

¶ Et vt caput habens scientia rerum earum que sum mis afficiuntur honoribus.

D Cap. 4ᵐ tra. 2. 6. li. ethi. pᵃ ps ca. quarti. c. 2. tra. diuiso i duas ptes pn.

Et queadmodū caput habens sciētia honorabilissimorum.

Istud est 4ᵐ capl'm in quo inquiritur que iter v̄tutes itellectuales sit pncipalissima simpl'r: ꝛ cōtinet duas ptes. In pma intēdit pncipal'r ostēdere q̄ nec politica nec pru dentia est pncipalissima iter v̄tutes itellectuales. In 2ᵃ ibi ⌊Ex dictis vtriq3.⌋ cōcludit ɔcl'onē3 quā pncipal'r intēdit: ꝛ ēt ostēdit q̄ sapiētia ꝛ prudētia differūt: ꝛ circa quid est vtraq3 v̄tus. s. sapia ꝛ prudētia. pma ps cōtinet duas pticu las. In pma pponit qđ itēdit pbare. In 2ᵃ ibi ⌊Inconue niēs eni3.⌋ remouet̄ error ponētiū q̄ politica est pncipalis sima simpl'r iter v̄tutes itellectuales. In pma ergo pticula pponit qđ itēdit pbare. d. q̄ sapia nō est q̄liscūq3 scia: sed est scia honorabilissimaꝝ reꝝ: ac si ipsa heat rōnē capitis

I Nōn[m] inter oēs scias. ℂ Intelligēdū q sapia vī hīe rōnē capitis inter oēs scias: qz sicut p sensus qui sunt in capite dirigunt motus ⁊ operationes oīum alioꝝ mēbroꝝ: ita per sapiētiam diriguntur omnes alie scientie: cum oēs alie scientie supponant a sapientia sua pncipia.

ℂ Perabsurdū est eniz si q̄spiā facultatē ciuilē aut prudentiā studiosissimā esse putet: si nō sit hō coꝝ optimū que sunt in mūdo. Qḋ si salubre qdē ac bonū aliud est hoībus: aliud piscib⁹: albū aūt ⁊ rectū semp est idē ⁊ sapiēs: oēs idē pfecto: prudēs vō diuersuz dixerint esse. Qḋ eniz circa seipsuz recte singula pspicit id prudentiā habere dixerint: ⁊ cōmiserint. Quapp ⁊ nōnullas beluas prudētiā hīe dicunt quecūqz in sua vita prouidendi vim hīe vident. Cōstat igit eandē nō esse sa-

K pientiā ⁊ facultatē ciuilē. Nā si eam facultatē sapiaz esse dicēt: que circa cōmoda ppria versat: multe sane sapie erunt. Nō. n. vna circa oīuz aialiū bonuz: sz alia atqz alia circa vnūqōqz versat: nisi de oībus que sūt: vna sit ⁊ facultas medendi. Qz si hō prestantissimum esse ceteroꝝ aialiū diceret: nil refert. Eteniz hoīe sunt alia longe diuiniora nā: vt ea manifestissime ex quib⁹ ipse constitit mundus.

ℂ Incōueniēs. n. si qs sciam politicā vel prudentiā studiosissimā existimat esse si nō optimū coruz que in mūdo hō est. Si vtiqz sanū qdez ⁊ bonū alterū hoīb⁹ ⁊ piscib⁹: albū aūt ⁊ rectuz

L idē semp: ⁊ sapiens idē oēs vtiqz dicerēt: prudens aūt alterū. circa seipsuz eni singula qdem bn̄ speculans diceret vtiqz esse prudēs: ⁊ huic cōcederēt ipsa. pp qḋ ⁊ bestiaꝝ quasdā prudentes aiunt esse q̄cūqz circa ipsaꝝ vitā vident potentiā hīe puisiuā. Manifestuz aūt vtiqz erit: qm̄ nō vtiqz erit sapia ⁊ politica eadē: si eniz ea que circa vtilia ipsis dicūt sapiam: multe erunt sapie. Nō. n. vna circa oīuz bonū aialiū: sz altera circa singula: sed nō ⁊ medicialis vna de oībus entib⁹. Si aūt qm̄ optimū hō aialiū alioꝝ nihil differt: eteniz hoīe alia multū diuiniora fz

M nāz: puta manifestissima ex qb⁹ mūdus ꝯstat.

ℂ Hec est 2ª pticula pme ptis: in qua remouet errorē quorundā q attribuebāt pncipalitatē vtutū intellectualiū politice p quā gubernat ciuitas: vel prudētie per quā gubernat hō. vn̄ dicit q incōueniēs est existimare politicaz vel prudētiā esse studiosissimā. i. optimā iter vtutes itellectuales: ⁊ hec est ꝯclo 21ª que pbat dupl'r. pmo p syll'm hypo-

21ª ꝯclo hui⁹.6.li. teticū sic. Si hō nō est optimū coꝝ que sunt in mūdo nec politica nec prudētia est optima iter vtutes itellectuales: sed hō nō est optimū coꝝ que sunt in mūdo: ergo nec politica nec prudētia est optima iter vtutes itellectuales. Maior vī esse manifesta p hoc q tā prudētia q̄ politica est de hoīe q̄liter dz se regere in multitudīe ciuili: vel domestica vel fz se: ⁊ sciaꝝ ⁊ ēt vtutū itellectualiū quedaz est melior ⁊ honorabilior altera: ex eo q est melioꝝ ⁊ honorabilioꝝ. ⁊ minor pz: qz corpa celestia ⁊ motores corpoꝝ celestium meliora sunt q̄ hō. De ista rōne phs ponit maiorē in lrā dicēs q si hō nō est optimū coꝝ que sūt in mūdo: nec politica nec prudētia est optima iter vtutes itellectuales. [Si

Nōn[m] vtiqz sanū.] 2° pbat eadē ꝯclo. ℂ Ad cui⁹ itellectū est sciēdū q q̄dā sunt quoꝝ bonitas dī in habitudīe ad aliqd: vt

N illa que referunt ad alia: ⁊ q̄dā sunt absoluta quoꝝ bonitas nō ꝯsistit in hitudīe ad aliud sed sunt absoluta sicut albū in colorib⁹ ⁊ rectū in figuris: ⁊ talia sūt eadē apud oēs. vbi grā. sanū ⁊ bonū dicunt in habitudīe ad aliud: ⁊ iō nō est idē sanū ⁊ bonū apud oēs. Nō. n. est idē sanū ⁊ bonum hoīb⁹ ⁊ piscibus. alia sunt que nō dicunt in hitudīe ad aliō sed sunt absoluta: sicut albū in colorib⁹ ⁊ rectū in figuris ⁊ talia sunt eadē apud oēs: sed sapia ex quo est de hīs q̄ sunt in se absolute vt de pmis entib⁹ opz ab oībus ⁊ apud oēs dici q idē sit illud qḋ est sapiēs in oīb⁹: ⁊ q sit eadē sapia simpl'r respectu oīuz: sed illḋ qḋ est prudēs vel politicū nō est idē fz alteꝝ apud diuersos. vn̄ prudētia dī fm habitudinē ⁊ pportionez ad aliud. Ille. n. q bn̄ pōt speculari illa q̄ ptinēt ad seipz dī esse prudēs: ⁊ tali ꝯcedit ⁊ attribuitur

O prudētia. ⁊ pp h̄ hoīes p quādā silitudinē dicūt quasdam bestias esse prudētes vt illas q̄ vnt hīe potētiā puisiuam circa ppriā vitā. Istis visis pbat ꝯclo sic. Politica ⁊ prudentia dicunt ad aliqd: ⁊ iō nō sunt eedē apud oēs: sed diuersificant fm diuersitatē coꝝ ad q̄ dicunt: sz sapia nō dī ad aliqd sed est idē apud oēs. igit nec politica nec prudentia est idē qḋ sapia que est optima inter vtutes itellectuales vt supponimus. Qz aūt sapia non sit ad aliqd pbat: qz sic sequeret q essent multe sapie: qḋ est falsuz. ⁊ ꝯñria pz p hoc q qz bonū dī ad aliqd nō pōt esse aliq̄ vna rō circa ea q̄ sunt bona oībus aialib⁹: sz opz q circa singula sit alia ⁊ alia rō ꝯsiderās q est bo[m] vniuscuiqz: ⁊ eadē rō est de medicina que nō pōt eē vna oīum. Nā sicut sanū ita ⁊ bonuz est alterū ⁊ alterū hoī ⁊ piscibus. vn̄ breuiter illa vtus que est pncipalissima est bonū respectu oīum. igit nec politica nec prudētia est optima iter vtutes intellectuales. [Si aūt

P qm̄.] Excludit quādā rñsionē: posset eni aliquis dicere q politica seu prudētia est optima iter vtutes itellectuales q̄ sunt de rebus humanis: qz hō est excellentior inter aialia: illud excludit p h̄ q sunt alia multū diuiniora fz nām q̄ hō: vt corpa celestia que sunt manifestissima ex qb⁹ mundus constat sunt multū potiora q̄ homo.

ℂ Patet igit ex iis que diximus sapiam sciam esse ⁊ intellectū coꝝ que honorabilissima sunt natura.

ℂ Ex dictis vtiqz manifestū: qm̄ sapia est scia ⁊ intellectus honorabilissimoꝝ natura. 3ª ps.c.

ℂ Hec est 2ª ps pncipalis hui⁹ capl'i: in qua phs ex dictis ꝯcludit ꝯclōnē quā pncipal'r intēdit in h̄ capl'o. ⁊ continet tres pticulas. In pma ꝯcludit veritatē quā intendit. In 2ª ibi [Propter qḋ Anaxagorā.] ꝯcludit qḋdā correlarium. In 3ª ibi [Neqz est prudētia.] declarat circa q̄ est pruden-

Q tia. In pma igit pticula cōcludit ex dictis q sapia est precipua ⁊ optima iter vtutes itellectuales: ⁊ hec est ꝯclo 22ª que pbat ex pcedētib⁹ sic. Sapiētia est scia ⁊ intellectus nō circa quecūqz sed circa honorabilissima: ⁊ ex hoc pōt sic argui. Illa vtus itellectualis est pcipua ⁊ optia iter virtutes itellectuales que est circa honorabilissima fm nāmt sapientia est huiusmodi. igitur ⁊c. 22ª ꝯclo hui⁹.6.li.

ℂ Quapp Anaxagorā ⁊ Thaletē ⁊ siles sapientes qdē at nō prudētes inqunt esse cū videt ipsos ppria cōmoda ignorare. Et supflua qdē ⁊ admirāda ⁊ difficilia cognitu diuinaqz scire ipsos. Sed inutilia dicūt: qz nō querūt bona humana: prudētia aūt circa humana versat: ⁊ in qb⁹ hz cōsultatio locū. Prudētis eniz hoc maxie opus dicim⁹ eē bn̄ inquā ꝯsulere. Cōsultat aūt de iis nemo que aliter sese hīe nō psit ⁊ quoꝝ nō est aliqs finis. Atqz is bonū agendū: is aūt ad bn̄ cōsulēdū est simpl'r aptus: q cōiectura qḋ est hoī optimū coruz

que

A q̃ cadũt in actionẽ excogitãdo mẽte capere potest.

¶ Propter qd̓ Anaxagoraz ⁊ Thaletem ⁊ tales sapiẽtes qdẽ: prudẽtes aũt nõ aiunt esse: cũ videant ignorãtes cõferẽtia sibiipsis: ⁊ supflua qdem ⁊ admirabilia ⁊ difficilia ⁊ diuina scire ipsos: aiunt inutilia aũt: qm̃ non humana bona querũt: prudẽtia aũt circa humana: vel de qb⁹ est ꝯsiliari: prudẽtis eniz maxie hoc opus eẽ dicim⁹ bñ ꝯsiliari. Cõsiliat̃ aũt nullus de ipossibilibus aliter hr̃e: neq3 de qbuscũq3 nõ finis aliq̃s est: ⁊ hoc opabile bonuz. Simplr̃ aũt bon⁹ cõsiliator est optimi boni operabiliũ cõiecturatiuus ſm ratiocinationem.

B ¶ Hec est 2ª pticula scd̓e ptis: in qua ꝯcludit qddã correlariũ: ⁊ est ꝙ prudẽtia est circa bona humana: ⁊ sapia est circa bona itellectiua ⁊ diuina: ⁊ hec est ꝯclo 23ª que pbat̃ p qddã sig̃m: ⁊ est ꝙ prudẽtia est circa bona humana ⁊ sapia circa itellectualia ⁊ diuina q̃ sunt in hoie meliora: inde est ꝙ oẽs dicũt Anaxagorã ⁊ quẽdã aliũ phm̃ q vocabat̃ thales: ⁊ alios siles eẽ sapiẽtes s3 nõ prudẽtes: eo ꝙ hoies vident eos ignorare ea que sũt sibiipsis vtilia ⁊ scire supflua ⁊ inutilia ⁊ admirabilia: q2 excedẽtia oẽm notitiã hoium ⁊ difficilia: q2 idigẽt diligẽti inqsitione ⁊ diuina pp nobilitatẽ nãe: ⁊ ita dicũt eẽ inutilia: q2 nõ sunt humana bona: ⁊ pp hoc nõ dr̃ prudẽtes: q2 prudẽtia est circa humana bona de qb⁹ põt cõsiliari: nullus eñi ꝯsiliat̃ de necessarijs q̃ ipoĩe est alr̃ se hr̃e neq3 de qbuscũq3 inordiatis ad aliquẽ

C finẽ qui est opabile bonũ. Simplr̃ aũt bonus ꝯsiliator est q est ꝯiecturatiuus qd sit optimũ hoi ad opandũ. vñ breuiter ꝯclo pbat̃ p tale sig̃m. Qui ignorãt ea q̃ sũt eis vtilia: ⁊ insistũt circa cognitionẽ diuinoꝝ, hoies cõiter dicũt esse sapientes ⁊ nõ prudẽtes: ⁊ hoc est signũ: q2 prudẽtia est circa bona humana ⁊ sapia est circa bona itellectualia ⁊ diuina. ¶ Intelligẽdũ est ꝙ phs ponit exẽplũ spãlr de Thalete ⁊ Anaxagora spãlr sup h: q2 nõ intẽdebãt circa bona ppria ⁊ humana fuerũt repbẽsi. Narrat̃.n. ꝙ Thales cũ qdã nocte obscura exiret domũ vt astra cõsideraret incidit in foueã: eoq3 lugẽte dixit ad eũ qdã vetula. o Thales tu qui añ pedes nequis videre: q̃ in celo sunt putas cognoscere. de Anaxagora narrat̃ ꝙ cũ nobilis ⁊ diues eẽt pñia bona relígt ⁊ speculationi phie se dedit: vñ vt negligẽs reprehendebat̃ ⁊ quodã sibi dicente nõ est tibi cure pñia. rñdit ostẽso celo mihi pñia valde cure est.

¶ Neq3 prudẽtia est vliũ soluz: sed singula ẽt op3 cognoscere. Est.n. actiua ⁊ actio circa singula ipsa versatur. Quapp ⁊ nesciẽtes nõnulli magis q̃ nõnulli sciẽ-

D tes idonei sunt ad agẽdũ ⁊ ceteris ij q sunt expti. Naz si qspiã sciat leues carnes facile concoqui ac esse salubres: que vo sint leues ignoret: nõ efficiet sanitatẽ. Sz qui scit auiuz carnes leues eẽ atq3 salubres: is efficiet magis. Prudẽtia aũt est actiua. Quare vtrãq3 cognitionẽ aut hãc potius hr̃e oportet.

¶ Neq3 est prudẽtia vliuz solũ: s3 op3 ⁊ singularia cognoscere: actiua eniz: actio aũt circa singularia: pp qd̓ ⁊ qdã nõ scientes qbusdã scientib⁹ magis: ⁊ in alijs experti. ¶ Si.n. sciat qm̃ leues bñ digestibiles carnes ⁊ sane: q̃les aũt leues ignorat nõ faciet sanitatẽ: sed sciẽs: qm̃ que volatiliũ leues ⁊ sane faciet magis. Prudẽtia aũt actiua: q̃re op3 ambas hr̃e vel hãc magis.

E ¶ Hec est 3ª pticula in qua declarat circa q̃ est prudẽtia: ⁊ ondit ꝙ prudẽtia nõ solũ est circa vlia: sed ẽt circa singularia: ⁊ hec est ꝯ 24ª que pbat̃ sic. Illa vtus que est actiua nõ solũ est circa vlia: s. ẽt circa singularia: s3 prudẽtia est vtus actiua. igit̃ ⁊c̃. Maior pbat̃ duplr̃. Prio q2 actio est circa singularia magis q̃ circa vlia: ⁊ iõ videm⁹ ꝙ qdaz nõ hñtes sciam vliuz sunt magis actiui circa q̃dã pticularia q̃ illi q hñt vlem sciaz eo ꝙ sunt in alijs pticularibus expti: ⁊ ex hoc p3 ꝙ illa vt⁹ nõ solũ est circa vlia: s3 ẽt circa singularia. [Si.n.sciat.] 2ª pbat̃ pbõne exẽplari sic. Quia eniz medicus est artifex opatiuus: iõ medicus sciẽs ꝙ carnes leues sũt bñ digestibiles ⁊ sane: ⁊ ignorãs q̃les carnes sint leues nõ põt iducere sanitatẽ q2 cognoscit vle ⁊ ignorat pticulare: s3 ille q scit ꝙ carnes volatiliũ sunt magis le-

F ues ⁊ sane magis poterit sanare: q2 magis nouit in pticulari: ⁊ sic p3 exẽplariter ꝙ vtus actiua nõ solũ est circa vlia: sed magis circa pticularia: ⁊ sic p3 maior. ⁊ minor p3 p diffinitionẽ prudẽtie que est ꝙ est habitus actiuus ⁊c̃. Quia igit̃ prudẽtia est rõ actiua op3 ꝙ prudẽs hẽat vtrãq3 notitiã. s. vliuz ⁊ pticulariũ: que sunt ppinqua opationi.

Capitulum quintũ

scd̓i tractat⁹: in quo p̃mo narrat ꝙ prudentia ⁊ politica sunt idẽ: esse aũt ipsis nõ est idez. ⁊ ꝙ politica est duplex. architectonica que est legis positiua ⁊ politica executiua q̃ pticularis est actiua ⁊ cõsiliatiua ſm quã dr̃ ciuilr̃ ꝯuersantes: ⁊ ꝙ prudẽtia spãlr ẽ circa vnũ qd̓ diuidit prudẽtiã gnãlẽ cũ iconomica ⁊ legis positiua: cui⁹ ptes sunt cõsiliatiua ⁊ iudicatiua: ⁊ ꝙ q multitudini domestice vel ciuili bonũ puidet sibiipsi bonũ puidet: ⁊ ꝙ prudẽtia nõ solũ est vliuz sed ẽt singulariũ: cui⁹ signũ est: q2 iuuenes pñt

G fieri disciplinati: nõ ãt prudẽtes prudẽtia idigẽte experiẽtia: q2 est circa singularia: expiẽtia vo indiget multo tpe: ⁊ ꝙ puer sit mathematicus nõ sapiẽs ⁊ phs: ⁊ ꝙ in ꝯsiliãdo peccare cõtingit tã circa vle q̃ circa singulare: ⁊ ꝙ prudẽtia ⁊ scia sunt actiue: ⁊ ꝙ prudẽtia ⁊ intell̓s cõueniũt in h ꝙ vtraq3 est alicui⁹ cui⁹ nõ est rõ demr̃atiua: sed differũt in hoc ꝙ intellectus nõ est inquisitiuus: sed prudentia est inquisitiua cum sit consiliatiua.

¶ Fuerit aũt quedã ⁊ hec architecture subiens rõnez. At qui ciuilis facultas ⁊ prudentia idem est habitus: esse tamen ipsarũ non idem est.

Rit aũt quedã vtiq3 ⁊ hic architectonica. ¶ Est aũt ⁊ politica ⁊ prudentia quidẽ idem habitus: esse quidem non idem ipsis. Cap. 5m tra. 2. 6. li. ethi. p̃ª ps ca.

Istud est captm̃. 5. tractatus scd̓i: in quo ingrit ⁊ etiã determinat q̃ est pcipua vtus itellectualis circa res humanas: seu in gñe reꝝ humanaꝝ. ⁊ ꝯtinet 4ºr ptes pncipales. In p̃ma distiguit ⁊ determiat de ipsa: ⁊ ẽt de prudẽtia. In 2ª ibi [Et vi q circa seips3.] ponit ⁊ remouet quẽdã errorẽ. In 3ª ibi [Sig̃m aũt ei⁹.] manifestat vnũ pus dictũ. s. ꝙ prudẽtia nõ est solũ circa vlia: s3 circa pticularia. In 4ª pte ibi [Qm̃ aũt prudẽtia.] cõparat prudẽtiã ad sciaz ⁊ intell̓m. Pria ps cõtinet tres pticulas. In pª pponit intẽtionẽ ⁊ distigguit politicã ⁊ prudẽtiã q̃ ptinet ad notitiã rerũ humanarũ. In 2ª ibi [Eius aũt que circa ciuitatẽ.] determinat de politica diuidẽdo eã in suas spẽs. In 3ª pticula ibi [Videt̃ aũt ⁊ prudẽtia.] determinat de prudẽtia. In pª igit̃ pticula pponit intẽtionẽ suã ⁊ distinguit politicã ⁊ prudẽtiã q̃ ptinet ad notitiã rerũ humanaꝝ. Dr̃ igit̃ p̃mo ꝙ q̃uis in cognitione rerũ humanaꝝ cõsistat sapiẽtia que est pncipalis iter vtutes intellectuales: tñ hic. i. in gñe reꝝ humanaꝝ est q̃dã architectonica. i. pncipatiua

D Quintũ. c. 2. tra. distĩctio i quatuor ptes ꝑu.

I ꝛ dominatiua: ꝛ intentio est īquirere que sit illa que est precipua vir^9 circa res humanas. [Est aūt ꝛ politica.] Et dicit ꝙ politica ꝛ prudētia sunt idē habitus: q2 vtraqꝫ est recta rō agibiliū circa bona vel mala: tñ dñt f3 rōnē: q2 prudētia est recta rō agibiliū circa bona vel mala vnius hois. s. suipsius: s3 politica est circa bona vel mala toti^9 multitu-
Nōn^m dinis ciuilis. ℭ Intelligēdū ꝙ ita se h3 politica ad prudētiā sicut iustitia legalis se h3 ad v̄tutē de qua dictū est in. 5. hui^9. Illa eniȝ v̄tus itellectualis que f̄m ꝙ dirigit vnū hominē f̄m se in agēdis dī prudentia illa eadē f̄m ꝙ dirigit multitudinē ciuilē vel vnū hoiem f3 ꝙ est ps multitudis
Nōn^m ciuilis dī politica. ℭ Intelligendū ēt ꝙ positis istis extremis. s. ꝙ politica est circa multitudinē ciuilem: ꝛ prudētia que est circa vnuȝ hoiem intelligit̄ medium. s. iconomica que est circa multudinem domus: que multitudo est media inter vnum hoiem ꝛ multitudinem ciuilem.

K ℭ Eius aūt q̄ in ciuitate v̄saf: ea qdē que est vt architectura prudētia: legū est ferendaꝝ facultas. Que v̄o in singulis versaf: ciuilis noie cōis vocatur. Hec aūt est actiua deliberatiua. Decretū eniȝ in actionē venit vt vltimū. Idcirco rē ciuilē hos solos gerere dicunt. Hi náqꝫ soli agunt: perinde atqꝫ ii qui suis manibus artis conficiunt opus.

ℭ Eius aūt q̄ circa ciuitateȝ: hec aūt vt architectonica prudētia s3 legis positiua: hec aūt vt singularia cōe h3 nomē politica: ipsa aūt actiua ꝛ cōsiliatiua: sn̄ia eniȝ opabilis vt extrema. pp q̄d ciuiliter cōuersari hos solū dicūt: soli eniȝ operanf isti: quēadmodum chirotechne.

L ℭ Hec est 2^a pticula p̄me ptis: in qua agit de politica diuidēdo eā in duas ptes. d. ꝙ ei^9 hit^9 q est circa totā ciuitateȝ vna ps est vt prudētia archirectonica vt illa q̄ determinat aliys qd sit agēdū. Hec aūt archithectonica prudētia est legis positiua. i. rō recta f3 quā p̄ncipes iponunt legem suis subditis. Alia est ps politice q̄ cōi noie vocaf politica que cōsistit circa singularia opabilia. Leges eniȝ cōparant ad opa humana sic v̄lia ad pticularia: sicut eniȝ lex positiua est p̄ceptiua: ita alia ps politice est actiua ꝛ executiua eoꝝ que in lege ponunf: ꝛ hoc p3: q2 ad h^9 politicā executiuaȝ ptinet sn̄ia que nihil aliud est q̄ applicatio rōnis v̄lis ad aliqd pticulare opabile: nō enim datur sn̄ia nisi de aliquo opabili: ꝛ q2 oē opabile est singulare: ꝛ singulare est extremū: q2 ab eo incipit n̄ra cognitio pcedēdo ad v̄lia: iō sn̄ia dī extrema: q2 est extremi. s. singularis opabilis: ꝛ q2 ratio executiua legis positiue retinet sibi cōe nomē politice. pp
M hoc est ꝙ illi soli q exequunf leges positiuas dicūf ciuilr cō-

nersari: q2 illi operanf in ciuitatib^9: sicut chirotechne. i. artifices manuales in artificialib^9. Sicut eniȝ artifices manuales operanf ea q̄ p̄cipiunf ab artificib^9 architectonicis: ita obseruātes legē in ciuitatib^9 opanf ad legis positores sicut ad architectores: quia exequuntur leges positas a latoribus legis. N

ℭ Videf aūt ea maxie prudētia esse: qua sibiipsi q̄spiā vm querit ac p̄spicit bona. Atqꝫ hec ipso cōi noie prudentia nūcupaf. Illaꝝ aūt alia gubernāde rei familiaris: alia ferendaꝝ leguȝ facultas: alia ciuilis vocatur. Atqꝫ huius alia est deliberatiua: alia iudicialis. Cognitionis igif q̄dā species fuerit ea que bona sunt sibi scire. Sed magnā differentiam habet.

ℭ Videf aūt ꝛ prudētia maxie esse q̄ circa ipm ꝛ vnū: ꝛ h3 ipsa cōe nomē prudētia. Illaꝝ aūt O hec qdē iconomica: hec aūt legis positiua: hec aūt politica: ꝛ hui^9 hec qdē cōsiliatiua: hec aūt iudicatiua. ℭ Species qdē vtiqꝫ igif q̄daȝ erit cognitionis sibiipsi scire: s3 h3 dr̄iaȝ multam.

ℭ Hec est 3^a pticula p̄me ptis: in qua agit de prudentia. ꝛ p̄ ostēdit que v̄tus dī prudētia: ꝛ dicit ꝙ q̄uis tam legis positiua q̄ legis executiua dicaf prudētia: tñ hoc nomē prudētia maxie cōpetit rōni gubernatiue vni^9. s. suipsius. vñ rō gubernatiua vni^9. s. suipsi^9 retinet sibi spālr nomē prudentie: q2 alie partes prudētie cōiter dicte hñt noia ppria qbus noianf. quedaȝ eniȝ ps prudētie cōiter dicte vocaf iconomica. i. prudētia dispensatiua domus: ꝛ q̄dā dī legis positiua. i. prudētia ponendi leges: ꝛ quelibet haꝝ diuidif P in cōsiliatiuā ꝛ iudicatiuā. Opꝫ eniȝ in agibilib^9 p̄mo per inq̄sitionē 9silij inquirere ꝛ aliqd inuenire. 2^o de inuentis iudicare. ℭ Intelligēdū ꝙ sicut prudētia nō 9sistit in so- Nōn^m la rōne sicut dictū est supius: sic quelibet istaꝝ partiū prudentie p̄supponit rectitudinē appetit^9: ꝛ ita nō consistit in sola rōne: s3 cū cōsistūt in sola rōne dicit scie practice. s. ethica iconomica politica. ℭ Intelligēdū etiā q2 totuȝ est p̄ncipalius pte vt multitudo ciuitatis q̄ multitudo domus: Nōn^m ꝛ multitudo domus q̄ vnus hō: iō prudentia politica est p̄ncipalior q̄ iconomica: ꝛ iconomica q̄ illa que est vnius vt suipsius directiua. vñ legis positiua est p̄ncipalissima īter ptes politice ꝛ simplr p̄cipua circa oia agibilia humane. [Spēs qdeȝ igif.] Concludit correlarium tale. ꝙ scire ipsa que sunt sibiipsi bona est quedā spēs cognitionis humane: ꝛ hec est 9clo 25^a que pbaf sic. Prudētia cōiter accepta p monastica iconomica ꝛ politica est genus cognitionis humane que cognitio eoꝝ que ad seipsuȝ ptinēt h3 multā differentiā ab aliys speciebus cognitionis humane. 25^a cōclo hui^9. 6. li. Q

Habitus intellectualis circa res humanas



ℭ Atqꝫ

A ¶ Atqȝ qui sciunt ea que sibiipsis sunt bona: in illisqȝ versantur prudentes esse videntur: civiles negociosi.
Quapꝑ ꝛ Euripedes dixit.
Qui náqȝ prudens sum: negocio sine.
Licebat inter milites cui vivere.
Equamue partem habere cunctis ex bonis.
Querūt eniȝ qđ sibiipsis est bonū: ꝛ hoc arbitranť eē agendū. Ex hac igiť opione est ortū prudētes hos eē.

2ª ps ca. ¶ Et vř qui circa seipsuȝ sciens ꝛ exercitās prudēs esse: politici aūt polypragmones. ¶ Propter qđ ꝛ Euripedes: qualř aūt vtiqȝ prudens essem: cui aderā innegociose: ꝛ multis numera-
B tus militia equalř pricipare. ¶ Supfluos eniȝ ꝛ aliqd operātes amplius: querūt eni sibiipsis bonū ꝛ existimāt oportere operari. ex hac igiť opinione venit hos prudentes esse.

¶ Hec est 2ª ps pncipalis hui⁹ capli: in qua ponit ꝛ removet quēdā errorē: ꝛ cōtinet duas pticulas. In pª ponit errorē ꝛ motivū erroris. In 2ª ibi[Quāvis forte.]Excludit errorē: error talis fuit: quibusdā eniȝ videť ꝙ solus ille sit prudēs q hȝ sciam ꝛ exercitiū circa ea q̄ ad seipȝ ptinent. Illi aūt q politici sunt nō vīr eē prudētes sȝ magis polypragmones. i. intromittētes se de his que ad multitudineȝ ptinēt. [Propter qđ Euripedes.]Motivuȝ huius erroris erat illud qđ dixit Euripedes ꝛ qđ multi alij dixerūt. Euri-
C pedes. n. inducit quēdā ꝑ sua civitate militantē talia dicētē: qualř vtiqȝ prudēs essē cui. s. mihi aderā incegociose. i. cū ego mea negocia nō ptractarē: sȝ tñ fui annumeratus inter multos pticipare: h est in pticipādo militia eq̄li mihi ꝛ alijs. vñ ille miles dixit se nō eē prudētē: qꝛ negocia propria nō ptractauit: q̄uis inter alios milites participauerit militiā ꝛ honorē. [Supfluos. n.]Quidā ēt dicūt politicos nō eē prudētes: sȝ magis supfluos opantes amplius q̄ȝ ad eos spectet: hoīes eniȝ pp puatū amorē quē ad seipsos inordinate hñt querūt solū illđ qđ est sibiipsis bonū: ꝛ estimāt ꝙ hoc solū opȝ vnūquēqȝ opari: ꝙ. s. sibi est boⁿ: ꝛ ex hac opio multoꝝ hoīuȝ venit error ponēs ꝙ illi soli sunt prudētes qui ꝓprijs negocijs intendunt.

¶ Et tñ ꝓpriū vniuscuiusqȝ bonū non est fortasse sine rei familiaris gubernatiōe/atqȝ civilis. Preterea quonā mō sua civilisqȝ administrāda sit res: nō est manifestū atqȝ considerandum est.

D ¶ Quāvis forte nō est hoc ipsi⁹ sine iconomica neqȝ sine vrbanitate. Adhuc aūt que ipsi⁹ q̄liter opȝ disponere imanifestū ꝛ intendendum.

¶ Hec est 2ª pticula scđe ptis: in qua istū errorē excludit Phs ꝛ intēdit ꝙ politici ꝛ iconomici nō intēdūt circa aliqd supfluū: qꝛ intēdunt circa illud qđ ad seipsos ptinet: qꝛ ꝓpriū boⁿ vniuscuiusqȝ singularis psone nō pōt esse sine iconomica recta dispēsatione dom⁹: nec sine vrbanitate. i. recta dispensatione civitatis: sicut nec bonuȝ ptis pōt esse sine bono toti⁹: qualř. n. posset hō attingere bonū ꝓpriuȝ ꝛ eo hñ vti si nō esset recta rō civitatis ꝛ dom⁹: nec tñ sufficiunt politica ꝛ iconomica sine prudētia ꝓprioꝝ: qꝛ civitate ꝛ domo recte dispositis adhuc nō est manifestuȝ qualř opȝ disponere ea que ad seipsuȝ ptinent: ꝛ ideo adhuc invēdere opȝ per prudentiā que sunt bona ꝓpria.

¶ Indicať id qđ di illo signo. Geometre. n. iuvenes ꝛ mathematici ac sapiētes in talib⁹ fiunt: prudētes aūt fieri nō videnť. Cā aūt est: qđ ꝛ singulariū reꝝ est ipsa prudētia. Que qdē ꝑ experientiā note fiunt. Iuvenis aūt nō est expꝰtus. Expiētiā. n. tēporis efficit lōgitudo. E

¶ Signū aūt est eius qđ dictū est: ꝛ qꝛ geome- 3ª ps. c.
trici qdē iuvenes ꝛ disciplinati fiūt ꝛ sapiētes talia: prudētes aūt nō videnť fieri: cā aūt qm̄ ꝛ singulariū est prudētia que fiunt cognita experientia. Iuvenis aūt expꝰtus non est: multitudo eniȝ temporis faciet experientiam.

¶ Hec est 3ª ps pncipalis hui⁹ capli: in qua manifestat qđdā pus dictū. s. ꝙ prudētia nō est solū circa vlia: sȝ ēt circa singularia. ꝛ cōtinet tres pticulas. In pª ꝓbat qđ intendit ꝑ vnā rōneȝ. In 2ª ibi[Quia ꝛ hic vtiqȝ.]movet circa h dubitationē. In 3ª ibi[Adhuc peccatū.]probat ideȝ ꝑ aliā rōnē. In pª igiť pticula ꝓbat ꝑ qđdā signū ꝙ prudētia nō est solū circa vlia: sȝ ēt circa singularia: ꝛ hec est ꝯclō vna pus posita ꝛ ꝓbata. Dicit igiť ꝙ signū hui⁹ qđ pus dictuȝ est in caplō pcedēte. s. ꝙ prudētia nō est solū circa vlia: est ꝙ iuvenes fiunt geometrici ꝛ disciplinati ꝛ sapiētes in talibus: qꝛ ptingūt ad pfectionē istaꝝ sciaꝝ: cum tñ iuvenis nō sit prudēs. cui⁹ cā est: qꝛ prudētia est circa singularia q̄ F fiunt nobis cognita ꝑ experientiā: sed iuvenis nō pōt esse expertus: qꝛ ad expiētiā reqriť longitudo tēporis. vnde ꝙ iuvenes nō sint prudentes est signum ꝙ prudentia nō est solum circa vlia sed circa singularia.

¶ Nā ꝛ hoc qspiā ꝯsideraverit: cur puer mathematic⁹ qdē fieri pōt. Sapiēs aūt aut nālis nō pōt. An qꝛ mathematica qdē sunt ꝑ abstractionē. Hoꝝ vo pncipia experiētia inotescūt: ꝛ hec qdē adolescētes nō credūt sed dicūt. Illoꝝ aūt definitiones nō sunt obscure.

¶ Quia ꝛ hic vtiqȝ aliqs intēdet pp qd mathematicus qdē puer fiet vtiqȝ: sapiēs aūt vel physicus nō: vel qꝛ hec qdē ꝑ abstractionē sunt: hoꝝ aūt pricipia expiētia: ꝛ hec qdē nō credūt iuvenes sȝ dicūt: hoꝝ āt qđqd est nō imanifestū. G

¶ Hec est 2ª pticula: in qua movet dubitationeȝ circa hoc qđ nūc est dictū: ꝛ est dubitatio talis. pp qd puer pōt fieri mathematicus ꝛ non pōt fieri sapiēs. i. metaphysicus vel nālis. ¶ Ad istā dubitationē rñdet Phs pmo q̄re puer fit mathematicus. ꝛ est rō: qꝛ illa de qb⁹ est mathematica cognoscunť ꝑ abstractionē a sensibilibus quoꝝ sensibilium est expientia. vñ mathematicalia cognoscunť ꝑ imaginationē ꝛ nō fȝ ꝙ hñt esse in sensibilib⁹: ꝛ iō ad cognoscēdū illa de qbus est mathematica nō reqriť expiētia nec multitudo tpis: ideo puer pōt fieri mathematicus: sed nō pōt fieri nālis: qꝛ pncipia nāliuȝ nō sunt abstracta a sensibilibus: ꝛ ideo nō cognoscunť nisi per experientiā singulariū ad que cognoscenda reqriť multitudo tēporis: ꝛ ita puer nō fit nālis seu phicus. Quātū aūt ad sapiam subiungit ꝙ iuvenes sapiētialia nō credūt. i. nō attingūt mēte: sȝ dicant ea ore: sȝ ꝙ qdē hoꝝ. s. mathematicoꝝ non est iuvenibus imanifestū sed manifestū. cuius rō est: qꝛ rōnes mathematicoꝝ sūt reꝝ imaginabiliū. Sapiētialia aūt sunt pure intellectualia: iuvenes aūt de facili pñt capere ea q̄ sūt imaginabilia: sȝ illa q̄ excedūt sensuȝ ꝛ imaginationē nō attingunt mēte: qꝛ nōdū habēt intellectū exercitatum ad tales ꝯsiderationes ꝓpter parvitatē tēporis: ꝛ ꝓpter plurimas mutationes nāe. ¶ Circa illud est sciendū ꝙ cōveniens ordo addiscendi est talis: vt pueri pmo istruanť in logicalibus: qꝛ logica tradit ꝛ docet modū sciēdi in tota phia. 2º sunt instruendi in mathematicis que nec experientia indigent nec imaginationē trāscēdūt. 3º istruēdi sunt nālibus Nōnᵘ

I que eisi nō excedāt sensuz τ imaginationē reqrit tñ experiētia. 4° instruēdi sunt in moralib⁹ que reqrūt τ experiē tiā τ aliuz a passionib⁹ liberꝫ seu sedatū. 5° sunt instruendi in sapientialibus τ diuinis que transcendūt imaginationē τ requirūt validum intellectum.

❡ Preterea peccatū qđ fit in consulendo aut circa vl'e aut circa singulare fieri solet. Ignorare nāqʒ q̄spiam potest: aut omnes aquas ponderosas eē prauas: aut hanc ponderosam esse.

❡ Adhuc peccatū vel circa vl'e in cōsiliando vel circa singulare: vel eniʒ qm̄ oēs pōderose aque praue: vel qm̄ hec aqua ponderosa.

K ❡ Hec est 3ª pticula tertie ptis: in qua ponit̄ scđa rō ꝓbās ꝙ prudētia nō est solū circa vl'e: τ hec est rō. Opus prudē tie est bn̄ ɔsiliari vt dictū est: sed in ɔsiliādo ɔtingit peccare dupl'r. s. circa vl'e τ circa singulare: τ p ɔñs prudētia est etiā circa singulare. Qr aūt ɔtingit in ɔsiliādo peccare tam circa singulare q̄ȝ circa vl'e, pʒ. Nā circa vl'e ɔtingit peccare in cōsiliādo vt si ɔsiliet̄ circa hoc: an oēs aque ponderose sint praue. circa singulare etiaȝ ɔtingit peccare: puta an hec aqua sit ponderosa. Sic igitur pʒ ꝙ prudentia est directiua circa vl'e: τ etiam circa singulare.

❡ Prudentiā aūt nō esse scientiā patet: est eniʒ vt dcm̄ est ipsius extremi. Tale. n. id qđ cadit in actionē: opponit̄ igit̄ intellectui: hic. n. est terminoꝝ rō quoꝝ nō est. Hec aūt est vltimi cuius nō est scia: sed sensus nō propꝛioꝝ qdem. Sed qualis est is quo sentimus id qđ vltimum in mathematicis est triangulum esse. Stabitur

L enim τ ibi. Sed prudentia magis est hic sensus. Illius autem est alia species. At vo querere ac cōsultare differūt. Cōsultare nāqʒ est aliquid querere.

4ª ps. c. ❡ Qm̄ aūt prudētia nō est scia manifestuȝ. Extremi eniʒ est quēadmodū dictū est: opabile. n. tale qdē. Attingibiles sunt qdē vtiqʒ itellectuȝ. Intellectus qdē eniʒ terminoꝝ quoꝝ nō est rō. hec aūt extremi cui⁹ nō est scia: sed sensus: nō q ꝓpꝛioꝝ: sed q̄li sentimus: qm̄ in mathematicis extremuȝ trigonū. Stabit enim τ illic. sed iste magis sensus prudētia. Ille āt alia spēs. Querere aūt τ consiliari differunt. Consiliari enim querere quoddam est.

M ❡ Hec est 4ª ps p̄ncipalis hui⁹ capl'i: in qua ph̄s cōparat prudētiā ad sciaȝ τ intellectū: τ p̄mo ponit̄ dr̄ia īter prudētiā τ sciaȝ: que est ꝙ scia est vl'iuȝ: sʒ prudētia est alicuius extremi. s. alicuius singularis opabilis. [Attigibiles.] Deinde cōparat prudētiā τ itellectū ad inuicē fʒ cōuenientiam τ dr̄iaȝ: cōueniūt eniʒ in h̄ ꝙ tā scia q̄ȝ prudētia sunt attingibiles intellectū q est hitus p̄ncipioꝝ: hi sūt habit⁹ intellectuales. Cōueniūt aūt spāl'r prudētia τ itellectus in h̄: ꝙ vtrūqʒ est ei⁹ cui⁹ nō est rō demr̄atiua: intell's eniʒ est habit⁹ p̄ncipioꝝ idemōstrabilium: τ ita est eoꝝ quoꝝ nō est rō: τ prudētia est extremi. i. singularis opabilis qđ opʒ accipere vt p̄n^m in agēdis: cui⁹ qdē p̄ncipij nō est sciētia sed sensus eo ꝙ pcipit̄ nō ab aliquo sensu exteriori: sed sensu interiori quo pcipimus imaginabilia: sicut in mathematicis pcipim⁹ extremū trigonū. s. singularē trigonū imaginatū: qr in mathematicis stat̄ ad aliqđ singulare sensibile: τ ad illū sensuȝ. s. interiorē magis ptinet prudētia p quā pficit̄ rō pticularis ad recte estimandū de singularib⁹ iterio-

